

## Planvm Erigendae Ervditae Societatis Hvngaricae Altervm Elaborativs

**Autor:** Révay, Miklós, Hummel, Johann David, Zichy, Károly, Csaky, József

**Verlag:** Typis Ioannis Davidis Hvmmel

**Ort:** Viennae

**Jahr:** 1790

Zitierlink: <https://data.onb.ac.at/rep/1035F8D1>

Signatur: 309455-B

ID: 1035F8D1

Digitalisiert mit Google

Umfang: Seiten 1 bis 124 (Komplettes Werk)

PDF erstellt am 30.03.2026 14:03

---

**Nutzungsbedingungen:** <https://www.onb.ac.at/nutzung>


**Rechtehinweis:** <https://rightsstatements.org/vocab/NoC-NC/1.0/>


**Hinweis:** Der Volltext wurde maschinell generiert und könnte aufgrund von OCR-Erkennungsfehlern Ungenauigkeiten oder fehlerhafte Zeichen enthalten.


Österreichische  
Nationalbibliothek

309.455-B

Alt-







18  
PLANVM  
ERIGENDAE  
ERVDITAE  
SOCIETATIS  
HVNGARICAE  
ALTERVM ELABORATIVS.

*Révai Miklós*

---

---

VIENNAE,  
TYPIS IOANNIS DAVIDIS HVMMEL,

---

1790.

*30p. 455 B. AC1*

M. ACADEMIA  
KONSVIARA

ONALIB

# EXCELSI PROCERES!

ET

## STATVS INCLITI!

**P**LANVM hoc erigendae Eruditae Societatis Hungaricae, confectum antea Sermone Patrio, nunc versum Latine, adcuratiusque elaboratum, Vestro quoque conspectui humillime subferimus, ea prorsus ratione, qua id Excelso Consilio Locumtenentiali Regio submisit porrectum a nobis est. Cum enim et Vos iterum ac saepe imploremus, ut ad Altissimas illas Gratias, quas ab Augusta Aula ad erigendum hoc Institutum dudum exoptatum necessarias supplices rogamus, Vos quoque Vestrum addatis praesens patrocinium, et promptam liberalitatem: sane et Vestra admodum interest, videre ac scire penitus: quale id sit, quod adeo impense Vobis commendatum esse cupimus. Mentem Vos nostram, ut confidimus, videbitis in hoc negotio fuisse certe candidam et sinceram, non partium, non privati commodi studio abreptam et corruptam; sed tendentem vnicuique ad augendam et nostris viribus Publicam Felicitatem, et ad noua addenda Patriae charissimae ornamenta. Ad tantam hanc rem, grauem omnino et arduam, Vestris etiam

studiis prouehendam addet Vobis animos dul-  
cis Patriae amor, sanctior ille ignis, quo non de-  
generes, sed vere nobiles, et excelsae animae  
solent inflammari. Addet Vobis animos suauis-  
sima illius solatii ac voluptatis praesensio, et,  
vt eo vtar, quidam quasi praegustus: qua Vos  
olim esse quam iucundissime perfundendos cer-  
tum est, cum illos, quos haec erigenda Societas  
adlatura est, Patriae fructus, et Vestra videbitis  
collata opera esse productos.

## VESTRI NOMINIS

Aeterni Cultores,  
Servi Humillimi,  
Huius Salutaris Instituti Potissimi Promotores.

---

PLANVM  
ERIGENDAE  
ERVDITAE SOCIETATIS  
HUNGARICAE  
ALTERVM ELABORATIVS.

---

INGRESSVS ET OPERIS RATIO.

**P**ROPENSAM Clement. Regis Nostri Mentem in Natiuam Linguam nostram Hungaricam, eamque erigendi certam adeo et seriam Voluntatem, iam in ipso Regiminis felici aditu luculenter probant complura augusta omnino et grauia testimonia. Notissima est illa Paterna Declaratio: *Sacratissimam Maiestatem Regiam cupere vehementer, vt Linguae Hungaricae, veluti in hoc Regno reipsa Maternae, praecipua haberetur Ratio: ob eamque rem ad huius Culturam et Propagationem, praecipue in iis Locis, vbi nunc plura Idiomata vigent, conuertendas esse curas \*)*

---

\*) *Verba haec exscripta sunt ex Intimato Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii, quo Altissima Mens Regia, de Scholis quidem omnibus, hic*

Notum et illud est, Gentique nostrae mirificum adtulit solatium: Eandem Sacratissimam Maiestatem Regiam benigne constituisse, ut Regii Principes ediscendae Linguae Hungaricae sedulam seriamque darent operam,

Quibus omnibus resuscitatum est desiderium, praecipue in animis Scriptorum Patriae, optatae dudum Eruditae Societatis Hungaricae: cuius Officium et Labor esset, Linguam et Sermonem Hungaricum excolere, augere, perpolire, eumque sensim modis omnibus ad Scientias et Artes, Negotiaque Publica accommodare; utque hanc tandem Societatem erigendi, vera et certa esset, Altissimaque Auctoritate firmata Facultas, hanc primum omnium quoquo modo exorandam esse putavit Scriptorum illorum Pars potissima. Cuius demum rei haec inita est ratio: (ut iidem Scriptores supplices confugerent ad Serenissimum Principem Regium, LEO. POLDVM ALEXANDRVM; uti Is, pro sua in Gentem nostram singulari propensione, promouendo huic Instituto Protector esse non dedignaretur.

Passum hunc feliciter esse factum probant illae factae deinde Benignae Ordinationes Regiae, quas per Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium

---

*tamen, ubi ista leguntur, praecipue de Nationalibus certius definiendis vel interim exposita est, dum quidpiam quoad cunctas Publicae Educationis Partes vberius et firmiter statuatur. Notissima autem esse debet, quia promulgata est per omnes, non modo Studiorum Directoratus, sed per ipsos adeo Inclitos Comitatus, Ciuitatesque Regias. Mense Aprili, Anno hoc currente 1790.*

communicatas acceperunt iidem praecipui huius Instituti Promotores, animusque illis additus est, ut, praeter Responſa demisse reddenda ad Puncta ab Excelſo hoc Loco propoſita, Planum quoque formandae Eruditae huius Societatis Hungaricae altero illo multo elaboratius, quod primum Serenifſimo Archiduci breuiter et in genere ſolum confectum humillime porrectum eſt, iunctis iam fortius et ardentius viribus, communicatiſque vberius conſiliis adornaretur. Quod demum Opus perfectum etiam eſt, hoc, quo iſthic ſiſtitur, ordine.

Primum omnium exhibetur in eo Finis erigendae huius Societatis. Indicantur deinde fluentes ex hoc praecipuae Societatis Occupationes. Definiuntur Membra Societatis. Proponitur Socios eligendi Ratio. Deſignatur Sedes et Collegium Societatis. Explicantur poſtea Subofficiales et neceſſarium Famulitium. Agitur de Protectione et Patrocinio. Item de Fundo ſeu Prouentibus. Subiicitur denique neceſſariorum Sumtuum Deductio, et Adnotationes quaedam in hanc Sumtuum Deductionem.

---

## §. I.

### *FINIS SOCIETATIS.*

Societas haec Erudita Hungarica, ut nomini reſpondeat, quod exoptat gerere, ante omnia veluti Fini principi, directae excolendae et augendae Linguae Hungaricae; deinde per conſequens Scientiarum quoque et Artium eadem Lingua Patria propagandarum progreſſui intenderet: quemadmodum

hoc supra etiam in Ingressu iam satis aperte indicatum est.

Vterque hic conatus praeclare et insigniter profuturus esset vniuersae Patriae.

Augeret enim primum Gentis nostrae Dignitatem, quod Linguam Patriam florentiorem redderet. Hoc facto sane comprimerentur demum illae exterarum gentium satis iniuriosae calumniationes: nos studio excultam eruditamque Linguam nondum habere.

Deinde curandae etiam Publicae Felicitatis opportuniora et frequentiora suggereret media: quod Scientias et Artes, veros hos Ciuiliū Bonorum Fontes, communiōnes intenderet efficere, latiusque patentes, vsu nimirum Linguae Patriae ad eas felicius et intelligendas et condiscendas accommodato. Dulcius enim degustabuntur, accelatioreque auiditate captabuntur hae Regnorum certae et indubitatae Opes; si Lingua illa, quae Materna est, et magis nota, libandae proponantur. Quod egregie omnino, et ad nostram inuidiam, docet vel haec proxima nobis gens heatioris Germaniae.

---

*Breuiter haec et in genere dicta sunt ad commendandum hoc Institutum. Vberius, grauiusque, et doctè pertractatum est hoc omne negotium quatuor ad hanc rem editis recentissime Elucubrationibus: e quibus clare elucet, Eruditam hanc Societatem Hungaricam, non modo honorificam Patriae, sed utilem etiam, atque adeo et necessariam esse ad augendam Publicam Felicitatem.*

*Prima Opella est, Georgii Bessenyei iam anno 1781. conscripta, sed priuati cuiusdam hominis iniquitate suppressa. Huic iniuriae eripuit illam Nicolaus Révai, suppeditantibusque Bellicorum Euentuum Scriptoribus necessarios ad edendum sumtus vulgavit hac Inscriptione: Egy Magyar Tudós Társaság iránt való Jámbor zándék, Viennae typis Ioannis Davidis Hummel, 1790.*

*Alterum maius iam est Opus ab Alexandro Bárótzsi hoc titulo exaratum: A' Védelmeztetett Magyar Nyelv, excusum Viennae typis eiusdem Ioannis Davidis Hummel, 1790.*

*Tertium deinde iustum omnino Volumcn, dictum Pannóniai Féniksz, Auðore Samuele Detsi, editum Viennae typis Ioannis Nobilis de Trattner, 1790.*

*Quartum denique Opusculum: A' Magyar Nyelvenek a' Magyar Hazában való szükséges völtárol íratott Hazafiúi Elmélkedések, a Stephano Gáti, et a Stephano Vedres, expressum Viennae typis Ioannis Davidis Hummel, 1790.*

*Si quid tamen lubet in promptu habere scriptum etiam Latine, adducitur isthuc Compendiolum aliquod huiusmodi commendationis ex Plano illo manuscripto, quod est per Nicolaum Révai iam anno 1784. ipsi Augustissimo Imperatori Iosepho II. humillime porrectum.*

**S O C I E T A T I S  
C V L T V R A E L I N G V A E H V N G A R I C A E  
V T I L I T A S.**

*Ac principio vt de vtilitate loquar, quae ab hac Societate Culturae Linguae Hungaricae emanaret: ista*

*quidem homini, rem diligentius perpendenti, illico obicitur esse quam latissime patens.*

*Nam, sine dubio in eam Rempublicam utilitas redundat multo amplior: in qua Scientiae, Artesque omnes, non abditae, non penes aliquot homines sitae sunt; sed patent civibus singulis, et sunt quodammodo communes, propriae, domesticaeque. Praeclare ista in oculis posita esse videbimus: ut primum, et omnium retro aetatum florentissimas respublicas iniri fuerimus; et ea etiam, quae nunc fiunt apud Anglos, Gallos, Italos, multoque proximius apud Germanos.*

*Sed mirum id est, quomodo apud omnes Nationes Scientiae Artesque semper peregrinae fuerint, neque intime adoptatae: quousque illae peregrina aliqua lingua proponebantur. Quamquam in promptu est huius rei ratio. Peregrina ea lingua, quae veluti pro instrumento adhibita est ad Scientias Artesque communicandas, erat antea ediscenda. Quae res cum est natura sua semper salebrosa: necesse fuerat homines iam in ipso hoc aditu adhaesisse, plerasque etiam deterritos coeptum conatum interrupisse: itaque Scientiae, Artesque fere omnes, ob id reuera semper pro rebus peregrinis habebantur ab hominum parte potissima: ut ut fuerint ex iis, qui viuidiore sciendi aviditate abrepti hos obices perfregerint, superarintque.*

*Atque his plerumque debet quaeque gens suam beatitatem, quam deinde successu temporis adepta est. Nam isti, cum ipsi suo etiam periculo admodum sunt experti: impeditiorem hanc esse ambagem, in Scientiis Artibusque ediscendis peregrina lingua uti: rei compendium primi facere sunt conati, linguaque Patris domestici coeperunt esse Magistri, dum denique sensim omnes etiam Scientiae Artesque propriae, do-*

*mesiticaeque factae sunt. Et res certissima est, quamlibet nationem, non peregrina sed sua lingua patria, perfecte doctam effici.*

*Linguam Aegyptiorum egregie loquebatur Pythagoras, ceterique Philosophi, qui ad hanc gentem adibant discendi gratia: at nulla adhuc fuerat apud Graecos propria domesticaque Sapientia; quousque patriam eorum lingua non domi est excolta, altiusque prouecta. Romani itidem multi eleganter Graece loquebantur: verum nos Romanam Sapientiam in Cicerone demum, Seneca, Plinio, ceterisque Latii Scriptoribus admiramus. Angli, Galli, Itali, Germani, iam dudum est, quod Hebraice, Graece, Latineque docti sint: at vero recentiore solum tempore propriam coeperunt domesticamque habere Eruditionem, cum tanto eo non modo splendore, sed utilitate etiam ingenti: quantam cum admiramus, sane incitari quoque debemus, ut et aemulemur.*

*Habemus equidem iam dudum et nos Viros Hebraice, Graece, praecipue autem Latine doctos. Recentiore aetate, Anglica etiam, ac potissimum Gallica et lingua et eruditione, magna nostrorum pars est insigniter excolta. Praeterea sane et saluberrimae, et frequentissimae sunt in Regno nostro impensis ingentibus factae Constitutiones, ad eam utilitatem procurandam, quaecumque a Litterarum tractatione in rempublicam deriuari potest. At, quia haec omnia lingua peregrina proponebantur: tantis etiam adhibitis conatibus, Scientiae Artesque apud nos magnam partem hucusque peregrinae sunt: non ad quemlibet ciuium ordinem aequae diffusae: nondum earum sensu tenero ac dulci omnis late populus percellitur: siquidem eas lingua sua patria nondum penitus percipere,*

nondum, ut eo utar, gustare potest: itaque nec ea quidem commoda, quae intenduntur, Regnum nostrum hucusque plene adtigit.

Nondum ignorantio omnis, nondum ille quidam torpor prorsus est dissipatus, qui praecipue impedit: ne percipi possint, tot saluberrimae Ordinationes, tot praecelari conatus: — in suscitandis iis rebus omnibus, quibus Patria beata florensque effici posset: in promovenda oeconomia, mercatura, omnique nervo boni communis.

Quae tamen singula multo etiam arriperentur avidius, si denique, ad quod iam certum est linguam patriam viam esse et brevissimam et accommodatissimam, Scientiarum Artiumque luce quam latissime diffusa, eas vere proprias domesticasque efficeremus: quarum deinde communiore tractatione, rerum earum omnium, quas paulo ante exposui, et ratio, et pulchritudo, et praestantia, et utilitas, atque adeo et ipsa necessitas sensim quam clarissime ob oculos poneretur.

Atque haec tanti sunt momenti, ut culturam Linguae Patriae, adeoque et eam Societatem, quae in id negotium praecipuam daret operam, iam non modo utilem, sed profecto etiam necessariam esse demonstrarent.

At magnus praeterea ex ea splendor etiam et gloria Genti nostrae accederet. Nam sane non modo opinio tandem illa exterarum nationum penitus evanesceret, Genti nostrae certe grauis et iniuriosa: Linguam nimirum nostram barbarie horrentem, inopem, ineptamque esse ad Scientias Artesque tractandas; sed praeterea ad eam etiam ediscendam et ipsi exteri ve-

*hementer allicerentur, et frequentioribus, et grauioribus Operibus sermone nostro in lucem editis.*

*Horum deinde iudicio et illud admodum confirmaretur: quod ne nostrorum quidem nunc multi, in lingua patria minus versati, facile crederent; illi vim inesse adeo energicam, tantam omnia exprimendi potestatem et copiam, tantam innatam dulcedinem, et tam teneros lepores: ut nulla sit illi vel cultissimarum linguarum antiferenda.*

*Tum demum et quaedam nostrorum Librorum versiones arriperentur: quemadmodum Angli, Galli, Itali, Germani, ob eminentem quorundam Operum dignitatem mutuo studio inter se decertant, ut ea suis etiam ciuibus communicare possint.*

*Neque vero deest Hungaris tanta ea mens, tanta aptitudo, ut hoc aliquando esse futurum sperari non possit: praesertim, si, quae magnifice grauiusque sentiunt, ea suo etiam sermone patrio, et quidem tam felici, exprimant. Verà est enim ea animaduersio: Scriptores semper in sua propria lingua patria esse praestantissimos: quam cum lacte materno suxerint, et omnem eius vim veluti natura sibi inditam acceperint.*

---

## §. II.

### OCCUPATIONES SOCIETATIS.

Ex duplici illo Fine, qui supra expositus est, sponte fluunt et ipsae huius Societatis Occupationes; amplae omnino, ut illico patebit, et quae toti Societati non leue dent negotium.

(1.)

*Cultura Linguae.*

Verfaretur haec Societas primum in Sermone Patrio augendo et perpoliando. Quod negotium absolueretur, vocibus veteribus et intermissis resuscitandis, nouis ad indolem Linguae inueniendis, certoque definiendis; deinde in explicando et veterum, et nouarum, et earum, quae abunde praesto sunt, vero ac proprio, elegantique nexu.

Haec res fieret primum singularibus Differtationibus, assiduis Obseruationibus, docte et perite scriptis Animaduersionibus: ampla ad hoc materia per totam Patriam colligenda, diligenter, curiose, et acri cum iudicio explorando singularum Regni Partium vsu communi, et dialecto populari.

Tali adparatu facto, Methodo aliqua per Societatem certo constituenda, quae accomodatissima visa fuerit, conferberetur demum, perfecta quaedam, omnibusque numeris absoluta Linguae Hungaricae Grammatica, Lexiconque quam integerrimum, et quam locupletissimum: horum item in vsus diversos diversa Compendia.

(2.)

*Ad Propagationem Scientiarum et Artium**Opera varia scribenda.*

Deinde ad Scientias et Artes propagandas elucubratione variorum Operum distineretur haec Societas, quae ad procurandam, et singularium, et vniuersorum vtilitatem quaqua ratione facere possent. Nunc principio potior esset occupatio in bonis

proficuisque Libris cultiorum Gentium, et vetustarum, vti Graecae et Latinae, et recentium, vti Germanae, Italiae, Gallicae, Anglicaeque, Hungarice reddendis. Serius deinde, multo adparatius, adeoque et felicius, producendis proprii ingenii foetibus, variisque inuentis daretur opera.

*Scientiarum et Artium Classes.*

Et quod ad ipsas Artes et Scientias adinet, quibus haec Societas occuparetur (exceptis Theologicis Arcanis, omnique Religionis negotio, quae Sanctae Ecclesiae curae diuinitus tradita sunt) eas quidem omnes, quam latissime patent, consecrari contenderet. Reduci nihilominus eas ad certas, definitasque Classes debere, ad exemplum quarundam Societatum in Europa florentium, visum est. Classes illae, latiore ambitu sumtae, hae quatuor ponuntur: Philologica, Philosophica, Mathematica, et Physica.

*Classis Philologica.*

In Classe Philologica primum locum occupant, praemissa alioquin Grammatica, Artes Mansuetiores: Poetica imprimis cum Aestheticae Studio, et Oratoria.

Huc referentur postea: Historia, Geographia, Statistica: item Archeologia, cuius Partes potiores sunt, Numismatica, Heraldica, Diplomatica, Genealogia.

Denique Pictura etiam, Delineatio, Musica, et alia, quibus Nobilior Iuventus solet in Academicis imbui,

*Classis Philosophica.*

Classem Philosophicam efficit omnis illa Theoretica et Practica Philosophia, quae ad ingenium acuendum mentemque excolendam, et ad animos moresque bene formandos facit: vti sunt, praeter Logicam, Scientiarum clauim, Ontologia, Cosmologia, Psychologia, Theologia Naturalis et Ethica.

Jus quoque Naturae, quod deinde post se traheret adfinitate quadam et Jus Publicum, et ipsum adeo Jus Patrium.

Accederet praeterea singulari cura tractanda Paedagogia, seu Ratio Educationis, Ars Reipublicae omnino utilis et necessaria, quae Patriae meliores paret ciues.

*Classis Mathematica.*

Classis Mathematica totam Mathesim, vt more receptum est, bifariam diuisam contineret: Puram, quo Arithmetica, Algebra, et Geometria spectat.

Et Adplicatam, quo nomine venit Mechanica Hydrostatica, Hydraulica, Aerometria, Aerostatica, Astronomia, Geographia, Chronologia, Gnomonica, Pyrotechnia, ac demum Architectura vtraque, Ciuilis et Militaris.

*Classis Physica.*

Classis Physica, amplissimo illo, ac non modo iucundo, sed et vtili admodum Naturae Studio intenta, Physicam proprie dictam, maxime vero Experimentis firmatam compleceretur.

Ac-

Accederet postea Historia Naturae, et Ars Medica.

Denique et Oeconomia, cui aptissime adiungeretur et Res Commercii.

(3)

*Proponenda Opera Proemialia  
et Recensio Librorum.*

Ad haec singularis et ipsa esset, propriaque huius Societatis Occupatio: vt, positis fixisque Proemiis, resoluendas vtilis quasdam Quaestiones, aliaque momentosiora Opera elaboranda quotannis proponat: vt recenscat, ac notos reddat Libros editos: ineditos, maxime si Sociorum fuerint elucubrationes, castiget, typis propriis excudi, et pretio quam potest leuissimo diuendi curet.

(4.)

*Theatri Cura.*

Curæ et Directioni huius Societatis subesse posset et Theatrum quoddam Hungaricum, producendis Drammatibus bene moratis intentum: quod inter cetera praecipuum esset Linguam Patriam promouendi et acceptiorem reddendi medium, apud eos imprimis, qui, educationis vitio, peregrinis moribus imbuti, sermonem patrium fortasse adhuc fastidiunt; ex quo capite orta Patrii Idiomatis damna non satis deploranda porro quoque serpere possent, nisi et his illiciis, certe innocentibus, sedulo illis occursum fuerit.

B

## §. II.

*MEMBRA SOCIETATIS.*

Iam quod ipsa Societatis huius Membra concernit, ea triplicis essent Ordinis. Membra Honoraria, Membra Ordinaria, et Membra Extraordinaria. Accedere possent demum et Alumni Societatis.

(I.)

*Membra Honoraria.*

Societatis Membra Honoraria essent Regni Magnates, e quorum numero iam et nunc collaborant non pauci; Viri item Ecclesiastici, Praenobiles, et alii, quos nativitas et meritum, aut fortuna tali loco posuit, ut nullam fatigiorum in Societate ponendorum mercedem desiderarent. Quibus Amor Patriae, et ea, quae ex Scientiis capitur, voluptas, vnicus esset stimulus, et ampla satis remuneratio. Huius Ordinis Membra indefinito essent numero.

*Praefes.*

Coleret autem hos Societas, quam maxime; siquidem ab horum illustri nomine splendorem sibi addi, maioremque commendationem accedere optaret. Atque ob hanc etiam rem semper ex his eligeret et Praesidem suum, a cuius principe directione penderet.

(2.)

*Membra Ordinaria.*

Societatis Membra Ordinaria nominarentur Cives Patriae, humiliore fortuna nati, qui dispersi in Patria diuersa gererent ad vitam sustentandam munia, penes quae nihilominus illustrioribus Scriptis ad promouendam Linguam Hungaricam in lucem datis inclaruissent, dignique haberentur a Societate, qui certam quotannis accipiant Remunerationem cuius vigore tanto etiam magis obligarentur in communi Societatis re collaborare.

Membra huius Ordinis cuperet Societas nunc initio esse viginti quatuor. Serius vero, auctis Societatis prouentibus, utinam his insuper minimum duodecim accedere possint, ut essent vniversim numero triginta sex: pluresque Cives Patriae hoc pauco, aliquantulum hoc nacti subsidium, quo isti fruerentur, tanto alacrius Rem Litterariam Hungaricam curarent!

*Societatis Collegium.*

Ex hoc secundo Membrorum Ordine eligerentur Viri praecipui, flos reliquae Societatis, qui in eodem loco fixo residerent, Societatisque Collegium efficerent, gerendis variis muneribus ad rem communem tanto et ordinatius et feliciter curandam praefecti, vnde etiam ut Officiales Societatis spectarentur, deberentque veluti anima esse totius huius Instituti.

Hi primum omnium essent eligendi, ut hoc exordio facto reliqua Societatis formatio perfectius

absolui possit. Singuli sua fixa et certa haberent Stipendia, seu Pensiones, Hospitium quoque liberum.

Gerendorum negotiorum ampla moles, et Scientiarum Artiumque late patens laboriosa seges, necessarium reddit horum maiorem aliquanto numerum. Certe vel minimum duodecim esse deberent, etiamsi reliquorum Membrorum Ordinariorum, nunc præcipue in exordio, multo minor defigeretur numerus, quam est supra expositus.

#### *Secretarius Societatis.*

Primus in his esset Societatis Secretarius, cui haec ex munere incumbentia negotia: ut cum ceteris Sociis, aliisque Viris doctis, litterarum ducat commercium: ut Acta Societatis singulari cura conscribat, communique Tabulario sedulo adseruanda inferat, vulganda typis edat: regat Societatis Scriptorium: colligat positis Proemiis factas Eruditorum Lucubrationes, easque eius Classis Sociis tradat diiudicandas, ad quam singulae spectauerint: dicat Ordinarios Confessus, curetque omnem Collegii aequum et seuerum ordinem, et quae his sunt adfinia.

Penes hunc esset et Sigillum Societatis, quod ea in usus solennes et priuatos proprium habere deberet.

#### *Custos Bibliothecae*

##### *Collectionisque Naturalium & Inuentorum.*

Sequeretur deinde Custos Bibliothecae, cuius muneris esset primum, omnia illa curare, quae ad

talem Bibliothecam, qualem Societas haec desiderare posset, augendam perpetuo omni Librorum genere, Antiquitatibus, maxime Patriis, ordinateque et integre semper adseruandam faciunt. Huic item custodienda, committeretur et reliqua Naturalium Rerum et Inuentorum Collectio.

*Inspector Typographiae,  
Ephemeridumque scribendarum Director.*

Tum Inspector Typographiae, cui primo incumbere regendae Typographiae cura. Quidquid hic excuderetur, per eum esset operi committendum. Inuigilaret Correcturis, regeretque, ad hoc negotium destinandos Correctores. Curaret praeterea, Ephemeridum diligentem, et dignam docta Societate adornationem.

*Inspector Theatri.*

Demum et Theatri Inspector, qui pro munere suo id praecipue curaret: ut Drammatum maxime per Societatem elaborandorum, perpetuus adsit apparatus: quae in Theatro Hungarico tuto et utiliter agi possint, ad illum, qui propositus est, finem feliciter obtinendum.

*Octo Dirigentes Operum, et Censores.*

Accederent his octo Dirigentes et praecipui Arbitri Operum, maxime Societatis nomine edendorum.

Quia quatuor illae Scientiarum Classes, quae supra enumeratae sunt, late admodum patent, singulis duo essent necessario praeficiendi, ut subdi-

uisam suam quisque prouinciam cum honore obire valeat.

Oportere autem hos singulos solide et insigniter esse imbutos iis praesertim rebus, quibus essent praefuturi, monet Societatis Dignitas, et grauium Virorum habenda ratio: qui, vt Membra reliqua huius Societatis, non erubescant, iis quodammodo subesse.

Horum nominatio ab earum Classium, quibus singuli praessent, potiore Subdiuisione duceretur.

*Dirigens Aestheticus,*

*Dirigens Historicus,*

Sic in Classe Philologica Dirigens Aestheticus nominaretur, qui Rei Poeticae et Oratoriae cum Aestheticae Studio praesset. Alter, qui reliquas Philologiae Partes obtineret, ab Historiae Studio, quod hic primum occurrit, ceterisque multo latius patet, vocaretur Dirigens Historicus.

*Dirigens Philosophus,*

*Dirigens Iuridicus,*

Deinde in Classe Philosophica, pro Subdiuisionis satis prompta ratione, qualis supra loco suo facta est, alter Dirigens Philosophus, alter Dirigens Iuridicus diceretur.

*Dirigens Matheos Purae.*

*Dirigens Matheos Adplicatae.*

Tum in Classe Mathematica, pro prima uniuersae Matheos Diuisione iam more recepto, al-

ter Dirigens Matheſeos Purae; alter Dirigens Matheſeos Adplicatae nuncuparetur.

*Dirigens Physicus.*


*Dirigens Medicus.*

Denique in Claſſe Phyſica, qui Phyſicam proprie dictam, Oeconomiamque, et cetera obtineret, Dirigens Phyſicus; alter, cui Hiſtoria Naturae et Ars Medica obtingeret, Dirigens Medicus compellaretur.

*Censura Librorum.*

Penes hos Dirigentes cuperet Societas eſſe et Cenſurae poteſtatem, ſaltem quoad Libros Hungaricos, quibus praemiſſa caſtigazione, ſi nimirum ſubſiſterent, adderet demum Secretarius conſuetam illam Facultatis formulam, *Imprimatur*:

Atque hanc gratiam, vnam ex praecipuis, fauentemque faciliori Progreſſui ſuſcepti huius Inſtituti, orat etiam quam demiffiſſime haec Societas.



Haec, quae hucusque expoſita ſunt praecipua ſingulorum officia, neminem proſus deberent prohibere, vt aliis etiam rebus, ad quas quis, praefertim et natura magis propenderet, non poſſit occupari. Quin immo haec eſſet lex prima et religioſe obſeruanda: vt omnes huius Collegii Socii, praeter ſua praecipua et propria munera, ad omnem eam etiam rem, quae ad hanc Societatem pertinere videbitur amice iuncti mutuam ſemper operam vltro libenterque conferant,

( 3 )

*Membra Extraordinaria.*

Societatis Membra Extraordinaria dicerentur illi praeclarae industriae Viri, qui Scriptitatione Patrio Sermone tentata ita inciperent inclarescere, vt Societas illustra olim ex iis Columina sperare possit. Et horum indefinitus esset numerus.

Ex his eligerentur deinde illa Societatis duorum superiorum Ordinum Membra, et ex iis quidem, quos natiuitas aut fortuna ita beavit, vt nullo egeant subsidio, Membra Honoraria; ex iis autem, qui angustiore essent re, Membra Ordinaria.

Vtinam ita abundet olim haec Societas, vt aliquo et his tenuioris fortunae Membris Extraordinariis subsidio venire possit, saltem ad fatigia eorum, ac praecipue ad litterarum commercium subleuandum!

( 4 )

*Alumni Societatis.*

Scriptores iuniores et initiantes, si qui futuri essent, qui sub Protectione et Directione huius Societatis cupiant, vel interea sine vlllo alio subsidio adolefcere: dum, clarioribus editis suae facultatis speciminibus, in hunc postremum Membrorum Extraordinariorum numerum adsumi valeant, Societatis Alumni vocarentur.

---

---

 §. IV.

*SOCIOS ELIGENDI RATIO.*

( 1 )

*Eligendi Seueritas.*

In eligendis his Membris cuiusuis Ordinis, sed maxime eminentioris, si reuera steterit haec Societas, ea quidem quam seuerissimam sequeretur rationem: vt grauis, haec magnarumque impensarum res, pro dignitate stare possit; neue, ineptis Membris partium studio cum iniuria aptorum male intrusis, et ipsi Societati noceatur, et Patriae omnium charissimae illudatur. Periculum enim est, ne, hac admissa vel incuria vel iniquitate, Viri multo doctiores et politiores inique expuncti, Societati semidoctis, debilibusque Membris constanti, ludibrium faciant. Sed ab Exteris etiam vehementer Gens nostra infamaretur, praeter certa ea, et non poenitenda satis damna: quod amplam, et Regiae, et suae Munificentiae vim, rebus aliis his male natis fungis multo melioribus impendendam, prodige pessumdaret.

( 2 )

*Dotes et Facultates**in eligendo necessariae.*

Dotes autem illae et Facultates praecipuae, quas Societas in eligendis Membris suis sedulo requireret, haec essent ad susceptum Institutum necessariae:

*Vita integra, Animus pacatus.*

Ante omnia, praeter sobriae ac integrae vitae testimonia, pacati etiam animi, mitiorisque naturae laude conspicuus deberet is esse, qui Socius deligi cuperet: ne Societas, hac cura neglecta, sinu suo olim mentem in contumeliosas altercationes facile erumpentem, iactuosam, et inflatam aleret; quae deinde Societati in vrgendo sine suo ingratos ponere posset obices.

Fieri id quidem nequit, vt omnes Socii eadem sint opinandi ratione. Sed nec ea esset vnquam Societas haec seueritate, vt, quasi infallibilitate quadam sibi arrogata, suos, aliosue in verba sua iurare cogat: quae res, inimica sane menti humanae, et damnosa est cognitionum progressui. Quia elicendae nihilominus veritati accommodae sunt, et quodammodo necessariae, diuersae sentientium disceptationes: illae quidem liberae sunt futurae, omni tamen moderatione animorum religiose seruanda; grauique se et seuerè castigando piaculo obstringere putarentur, quiqui, in huiusmodi disceptationibus, seu scripto, seu verbo, mutuo se contemptu, abiectisque calumnationibus proscinderent.

*Peritia Linguae Patriae.*

*Scientiarum Artiumque Cognitio.*

Deinde Socii deligendi, praecipue quidem purum ac sincerum Hungarismum intime ac solide nosse, at praeter hoc in aliis etiam Scientiis et Artibus singulariter versati, iisque non fucate imbuti esse debent.

27

Et quod ad Hungarismum adinet, cum pro-  
ratione diuersarum Regni Partium admodum diuer-  
sus sit etiam loquendi modus, seu dialectus: Mem-  
bra itaque Societatis ex omnibus praecipuis Regni  
Partibus essent deligenda; vt iis deinde collaboran-  
tibus ad perfectiorem florem posset Sermo Patrius  
euehi. Regni Hungariae Partes praecipuae ita pos-  
sent sumi, prout id in quatuor Circulos est diuisum.  
Pars Transtibiscana, Cistibiscana, Cisdanubiana,  
Transdanubiana. Transilvania duas saltem Partes  
daret: alteram Hungarorum, alteram Sicularum.

Porro quoad Scientias, quoniam quilibet homi-  
num, quantacunque polleat eruditione, semper ta-  
men vna, vel summum duabus Scientiis magis ex-  
cellit, quam ceteris: id itaque esset curandum, vt nulla  
daretur Scientia et Ars, in qua solide versati Viri  
duo, aut etiam tres, inter Societatis Membra non  
reperirentur.

Quae Constitutio multum quidem collatura est  
ad Dignitatem quoque Societatis; sed eam et ipsa  
Linguam Patriam augendi, perpoliendi, et ad Scien-  
tias Artesque accommodandi ratio ita exigit. Hic  
enim finis nequit secus obtineri, nisi Genti no-  
strae sua propria sit Scientiarum Artiumque Ter-  
minologia, quae sane tum quam felicissime pa-  
rari poterit, si Membra ita deligantur, vt inter illa  
Viri sint in omni Scientiarum et Artium genere in-  
signiter versati. Neque enim alius Terminum ali-  
quem Technicum vere apteque Hungarice rediturus  
est: nisi qui probe nouerit, quo proprie significa-  
tu haec illaue vox accipiat, in hac aut illa Arte  
et Scientia.

*Peritia Cultiorum Linguarum.*

Praeter Sermonis Patrii excellentem peritiam exigeretur ab eligendis Membris: vt aliarum quoque Linguarum comparatam habeant cognitionem, praesertim autem, quae prae ceteris vel olim floruerunt, vel nunc florent.

Ex veteribus Lingua Graeca et Latina, sane perpetuo pro vero, et illimi omnis boni pulchrique sensus fonte habita est adeo: vt et hauriendam inde omnem suam cultiorem et suauiore doctrinam putarit aetas posterior. Vtramque ergo et huius Societatis Membra, saltem pleraque, non mediocriter nosse deberent: illa imprimis, quae elegantioribus Litteris, et Studio Philosophiae praecipue occuparentur.

Maxima sunt hac aetate nata Scientiarum et Artium incrementa apud Germanos, Italos, Gallos et Anglos; quare et harum Gentium Linguas quam plurimi Socii probe et exacte deberent callere.

Multa praeterea subsidia repeti possent ad excolendum imprimis Sermonem Patrium ab Asiaticis quoque Linguis: quod et nostra origine Asiatica sit, habeatque illis indolem multum similem, praesertim in nectendi modo. Quare et harum aliquarum, imprimis Hebraeae et Turcicae, notitia in nonnullis necessaria esset.

*Iudicium maturum et limatum.*

*Gustus non corruptus.*

Docent saepe exempla profecto tristia: hominibus nonnullis amplam esse rerum cognitionem; sed

malo aliquo fato deesse omnem elegantio-  
rem sensum. Quare et id studiose in deligendis Sociis requi-  
rendum esset: ut et iudicio sint omnes maturo, pru-  
denti, limato, et acuto; et sensu etiam seu gustu pol-  
leant bono et incorrupto, delicato et suavi: illi in-  
primis, qui animum ad Mansuetiores Litteras essent  
adiecturi. Est enim et haec istius Societatis vna ex  
praecipuis futura contentio: ut cum Scientias et ma-  
xime Artes mitiores sedulo apud Gentem nostram  
propagatura est, eam harum teneriore tractatione  
sensim politio-rem etiam et elegantio-rem efficiat.

*Publica Claritas.*

Sed quae princeps deberet esse commendatio,  
et in electione semper vel maxime spectanda, haec  
ea est: ut, qui assumendi sunt Socii, ii, editis etiam  
illustrioribus facultatum suarum speciminibus, pu-  
blicam, certam, et indubiam adferant claritatem.

*Seponendum partium studium.*

Addendum demum est: Societatem in Electione  
Membrorum seponere oportere omne partium stu-  
dium, inprimis, quod ex Religionis diuersitate solet  
oriri, ne ob hoc, et Lingua, et ipsa Patria pateretur.

Quare et Protestantibus Ciuibus aditum isthuc  
patere indubium est, quin periculum sit, eorum olim  
opera Catholicis obices esse ponendos. Deinde ae-  
quum est et Seculares huc susceptos non debere esse  
aduersos Sacerdotibus, ne Religiosis quidem Viris,  
modo illae adsint dotes, quae requiruntur.

Atque in hoc ipsum hominum genus vehemen-  
ter iniuria est actas nostra, illa fastidiosa opinione ini-

que concitata, quae in dies magis magisque coepit inveterascere: ut illi omnes (quasi haec illis contagio a veste, qua teguntur, illico adhaereat) vel inepti ad grauiora et elegantiora studia, vel malitiosi etiam esse debeant. Anne putandum est, posse esse quoddam genus hominum, in quo omnes corrupti sint? Id certe potius longa multorum temporum experientia docuit, iamque in prouerbium abiit; in omni hominum genere esse et malos et bonos. Et sane, ni hoc despecto adeo et exagitato Sacerdotum et Religiosorum hominum genere, ostendit vel nostra haec aetas, et vel ipse hic conatus formandae huius Societatis: iis plerisque, et de vero boni pulchrique sensu, deque rerum notitia non profus mediocri, abunde obtigisse; et animum etiam non modo non esse peruersum, sed candidum potius et simplicem, et ea vltro communicantem, quae ad bonum commune promouendum apta esse putarunt.

---

§. V.

LOCUS ET COLLEGIUM SOCIETATIS.

Exponendus nunc est et Locus; vbi quasi Sedem suam figeret haec Societas, formando imprimis Collegio illo, cuius iam explicata est ratio.

(11.)

L o c u s.

In promptu est, Locum hunc talem oportere esse, in quo ea omnia adsint, quae ad virgendum propo-

fitum finem conducunt; utpote collectus illic Regni  
flos, Magnatum frequentia; Eruditorum Virorum  
saepe utiliter et necessario consulendorum, copia:  
prompta et expedita itinera, forum commercii, et  
alia huc facientia. Talis est praeter reliquis Pessinum,  
talis huic vicina Buda, Regni Metropolis. In alter-  
utra itaque exoptaret Societas suam sedem figere,  
vtra nimirum Altissimae Voluntati bene visa fuerit.

( 2 )

*Domus seu Collegium.*

Hic iam Domum, quae Societatis quasi Colle-  
gium formaret, vel interea, dum ea et hanc olim  
propriam habeat, cuperet censu conducendam talem  
sibi posse obtingere, quae usui suo quam opportu-  
nissima esset.

Ante omnia, ut in ea commode et cum deco-  
re habitare posset Societatis Secretarius, ad sum-  
mum cum Bibliothecae Custode, & Typographiae  
Inspectore. Reliqui, utpote Dirigentes Socii, aere  
ex Societatis Fundo obuenturo acciperent Liberi  
Hospitii Beneficium.

In qua praeterea collocaretur Bibliotheca, et  
huc adiuncta Naturalium et Inuentorum Collectio, Ty-  
pographia et Officina Libraria, cum necessario Fa-  
militio.

Vbi insuper singulare adesset Conclauis ad con-  
sultandum: adesset et distinctum Scriptorum, et Ta-  
bularium: item cubilia quaedam ad Socios aduenas  
hospitio excipiendos.

---

 §. VI.

**CONGRESSUS ET CONSESSUS  
SOCIETATIS.**

Ad hunc Locum, qui dictus est, conflueret Societas ad statos suos Congressus Maiores et Confessus Ordinarios celebrandos.

( 1. )

*Congressuum Tempus.*

Et hi quidem Maiores Congressus quotannis minimum bis essent habendi: in Paschate, et Feriis Autumnalibus post Festum Natae. Et is Congressus, qui esset Feriis Autumnalibus post Festum Natae, esse deberet quam frequentissimus: quod eo prorsus tempore et annus scholasticus claudi soleat, itaque et Sociis, qui fortasse Publicis Doctrinis occuparentur commodior concurrendi suppeteret facultas.

*Congressuum Scopus.*

In his Congressibus proponerentur scribendi Materiae Praemiales: collata opera adductis in medium singularium Censorum opinionibus et votis, discuterentur eae, quae iam paratae essent. Susciperentur noua Societatis Membra, aut bene iam merita altius promouerentur. Hic denique haberentur de omnibus aliis grauioris momenti rebus solemniore concertationes et deliberationes. Praeses quoque, et Membra Collegii huiusmodi, Congressibus eligerentur votorum, qui esse posset, con-  
cur-

curfu quam frequentiffime. In eò Congreffu, qui haberetur Feriis Antumnalibus, opportuniffima efferet occasio distribuendi et annuas Remuneraciones et Subfidia. Tum teneretur quilibet praeterea Socius, eadem quali fidelia, et id fcripto confignare; quanam potiffimum re vellet in fequente anno occupari.

(3)

*Congreffuum ratio.*

Ex Sociis folum Membra Honoraria et Ordinaria gauderent diiudicandi et eligendi facultate. Membra nihilominus Extraordinaria adesse poffent honoris et experientiae caufa. Omnia autem decernerentur votorum frequentia. Siqui adesse non poffent, his femper mature fatis perfcribi deberent res agendae, vt ad ipfum Congreffum vota fua faltem fcripto poffent transmittere. Membris Ordinariis superet Societas viae expensas rependere poffe.

(4)

*Confessus Ordinarii.*

Quas Collegium Societatis fingulares haberet Consultationes de rebus minoris momenti, et quotidie occurfuris, illis inprimis, quae eius futura efferet muneris, iam supra definita sunt, eae Confessuum Ordinarium nomine venirent. E re efferet futurum, fi his femper aliqui interesse poffent, ex Sociis etiam Honorariis et Ordinariis forte in loco adfuturis. Certe vicibus fingulis efferet inuitandi. Huiusmodi Con-

G

sessus qualibet hebdomadâ minimum semel celebra-  
rentur, vtpote die Iouis. His et Praeses adesse  
posset, quotiescunque illi ita videretur.

---

§. VII.

*SUBOFFICIALES ET FAMULITIUM  
SOCIETATIS.*

Ad haec, quae hucusque satis exposita elucent ne-  
gotia, clarum est, necessarios esse Societati huic  
nonnullos etiam Subalternos, seu Subofficiales, ad-  
dendum item et Famulitium.

(1)

*Societatis Oeconomus.*

Primus inter Subofficiales esse deberet Oecono-  
mus Societatis: qui Proventuum et Expenfarum di-  
ligentem et fidelem duceret rationem, totique do-  
mesticae rei intenderet: vti regendo Famulitio, cur-  
randae suppellectili, seruandae munditiei, et his simi-  
libus. Quod munus, vt quis tanto libentius et in-  
tegrius obeat, praeter hospitium liberum in Domo  
vtique Societatis assignandum: certam et satis ho-  
noricam deberet obtinere pensionem.

(2)

*Ephemeridum Concinnatores.*

*Scribae et Correctores.*

Hunc sequerentur Ephemeridum Concinnato-  
res, Scribae, et Correctores, a Societate tali mi-

nimum pensione certa et fixa prouidendi, vt com-  
mode satis viuere possint. Duo autem essent de  
quouis genere constituendi, ob futuram laborum eo-  
rum et copiam et molestiam, ad quos adhiberentur.  
Possent hi ex Alumnis Societatis deligi. Nihil im-  
pediret eos deinde, vel in hac statione, et in seri-  
em Membrorum Extraordinariorum, quin adeo et  
in numerum Ordinariorum admittere: si tanta po-  
nerent, praeter gesta bene sua officia, et in Re Li-  
teraria merita; et nec alia illis posset interea splen-  
didior obtingere fortuna.

Ephemeridum Concinnatores, dirigente, vt su-  
pra dictum iam est,Inspectore Typographiae, sub-  
missam omnem earum rerum, quae Ephemeridum  
vel alio etiam simili nomine ederentur, materiam  
et quasi segetem, colligerent, in seriem digerent,  
notis necessariis illustrarent, animaduersionibus au-  
gerent, vt quam adcuratissime typo possint com-  
mitti.

Scribae Secretario auxilio essent in exarandis  
purè et concinne epistolis, et reliqua occupatione  
in Societatis Scriptorio et Tabulario occursura, vti  
etiam in diligenti et nitida maiorum Operum So-  
cietatis nomine edendorum descriptione.

Correctores pro incumbente sibi munere, diri-  
gente itidem TypographiaeInspectore, sedulo ex-  
pungerent admissa Typothetarum manu in vulgandis  
Operibus menda, exactamque et nitidam curarent  
editionem. Conferrent praeterea et Scribis suam  
operam in munda edendorum Librorum descriptio-  
ne.

(3)

*Societatis Typographus*

Accederet Typographus Societatis proprius, qui Typographiae Inspectori subiectus, omnium eorum, quae ad Typographiam pertinerent, vigilantem gereret curam: vti sunt typus ipse, seu fusae litterae, proela, et quae haec concomitantur: charta in typicos usus comparata: item sodalitiū, seu genus illud hominum in Typographia laborantium. Eidem et Librorum iam editorum diligenter promovendorum distrahendorumque incumberet cura. Hic praeter fixam annuam pensionem, et liberum hospitium, vt optime deinde inter illum et Societatem conveniri posset, partem etiam aliquotam obtineret lucri puri ex Typographia redundaturi.

(4)

*Societatis Incisor.*

Quia intenderet Societas exactam et nitidam Librorum Hungaricorum in sua Typographia exprimendorum editionem, imaginibus etiam, variisque ornatibus, gustu delicatiore et opere curatiore cupro incisis, ad exemplum aliarum Gentium, tanto et elegantiore et acceptiore reddere: cuperet itaque et Incisorem proprium artis suae egregie peritum habere. Et hic quidem pro iis, quae esset laboraturus, suam iustam semper obtineret mercedem: traheret nihilominus et fixam insuper annuam pensionem; vt hoc potiore nexu magis ad Societatem pertineat, obligeturque iuvenes Hungaros, quos na-

tura ad hanc artem aptiores finxisse nostrae adhuc Genti non satis notam, et in ea quam fidelissime erudire.

(5)

*Famulitium.*

Denique quoad Famulitium, huc referendi essent duo Ephebi, alter in Secretariatu, alter in Bibliotheca necessarius: vnus deinde Mediastinus, qui munditiam, calefactionem, et quae huius essent generis, curare.

---

§. VIII.

*PROTECTIO ET PATROCINIUM  
SOCIETATIS.*

Vt haec Societas in vrgendo proposito sibi fine ad augendam Publicam Felicitatem tanto et confirmatius et feliciter progredi possit: optat ante omnia et quam maxime praesto sibi esse Aulae Regiae Protectionem, deinde et Magnatum nostrorum praesens Patrocinium.

(1)

*Princeps Protector.*

Quod ad primum adtinet, quodque Societas praeter alias Augustae Aulae Altissimas Gratias ad constabiliendum hoc Institutum necessarias, praecipue exoratum esse vellet, id hoc ardentissimo voto

continetur: vt Principem Protectorem semper aliquem ex Regiis Principibus habeat: sub cuius benignis quasi alis, nunc adolefcere sensim, demum solide etiam confirmari, securaque consistere possit aduersus singularium hominum impetitiones, et omnes nocendi conatus. Quae Benigna Dignatio huic Societati exhibenda nouum omnino ac singulare praefereat propensae in Gentem nostram Clementiae Regiae, documentum.

In talem Principem Protectorem suum praesumfit etiam Societas haec humillime exorare Serenissimum Archiducem LEOPOLDUM ALEXANDRUM.

(2)

*Patroni et Benefactores.*

Quoad alterum, Magnatum quoque imploratur Liberalitas et Benignitas; vt, quemadmodum plerique bonam iam iniecerunt Societati spem, fore sibi curae eius negotia: ita et hi, et horum exemplo alii etiam quam frequentissimi, opere etiam ipso concitatam expectationem complere velint. Quo illis esse decet animo alter et excellenti, piaque in Patriam mente; certe egregiam olim, capturi sunt ex hac sua collata symbola voluntatem: cum visuri sunt fructus illos, quos haec Societas Patriae certo allatura est, sua quoque largitate liberalius adiecta esse procreatos. Interim, quod Societatis partium esse poterit, ad reddendam vicem aliquam, ea quidem hos Munificos Collatores grati animi significatione Patronos et Benefactores suos nominatura perpetuoque cultura esset,

## §. IX.

*FUNDUS SEU PROVENTUS  
SOCIETATIS.*

Tanta haec res , quanta haec Societas esset , tali imprimis erigenda adparatu , qui hucusque expositus est , sane sine Expenfis , consequenter sine necessariis ad eas certis et fixis Prouentibus , non modo non constabiliri , sed ne exordium quidem capere potest . Hi Prouentus ex his essent Fontibus deriuandi ; ex Fundo Stúditorum , ex Collatione Magnatum , et ex propriis Societatis Laboribus , et praesertim ex Typographia .

( 1 )

*Ex Fundo Studiorum.*

Primum et praecipuum Prouentum , cui certius et securius inniti possit haec Societas , ex Fundo Studiorum benigne adsignari tanto etiam confidentius orat : quod quaedam hoc obtinendi spes Altissimo quoque Loco data esse videatur ex iis Clementissimis Ordinationibus , quae factae sunt huius Instituti gratia . Neque vero Fini Fundi Studiorum contraria esset haec ex eo indulgenda clementer Societati Participatio . Nam et haec Societas certe in eo negotio salutari Patriae versatura est ; cui prouehendo hic Fundus tanta liberalitate ac munificentia auctus et destinatus est ; promo- uendis nimirum ad curandam Publicam Felicitatem Scientiis et Artibus .

(2)

*Ex Collatione Magnatum,**aliorumque.*

Confidit deinde magnopere haec Societas, ex Regni etiam Magnatibus, Patriaeque Cuiuslibet reliquis, de re communi bene mereri cupientibus, praeter eos qui praeclara fecerunt iam promissa, et alios complures fore: qui, ut supra etiam memoratum est, ad promovendum et stabiliendum salutare hoc Institutum liberalius conferant, atque ad Proventum amplio-rem certo obtinendum Fundos varios singularibus figant largitionibus; modo illa et clariora et certiora fiant, quae ab Augustissima Aula quam humillime rogan-  
tur.

(3)

*Ex operibus et Typographia propria.*

Praeclarum Proventum sperat Societas per suam etiam industriam e Diuenditione exarandorum per se ac in lucem dandorum Operum: quem certe longe etiam amplio-rem esse futurum erigenda pri-  
vata ac propria Typographia docet vel maxime ille splendor Typographorum in nostra Patria undique ita celeriter enascens.

*Necessitas Typographiae.*

Esset haec quaedam benigna etiam, et praesens, quin adeo et necessaria Scriptoribus nostris opportunitas suas lucubrationes et facilius et cura-

tius exprimendi. Dudum enim et merito querimur omnes: hoc Typographorum genus in Hungaria Scriptoribus nostris non ita fauere, vt in feliciore Germania obtinuit. Ibi ampla redditur et ad firmulum apta Lucubratoribus merces; hic Typographorum nimia auaritia premitur omnis et Scriptorum et Legentium diligentia; atque adeo cum manifesto damno Publico Litteratura etiam Hungarica iam dudum constringitur, et quasi suffocatur. Nam homines hi, vt alias reticeamus iniurias, ita augent et edendorum et vendendorum Operum pretium: vt, et Ciues nostri a comparandis Libris praesertim Hungaricis nimium abalienentur; et ipsi Scriptores omni fere sui fatigii remuneratione priuentur; cum communiter percepta e diuenditis Lucubrationibus pecunia vix factis expensis sufficiat.

#### *Beneficium Typographiae.*

Atque ipsis his Scriptoribus ita cuperet Societas fauere, praecipue, si Socii essent: vt typo digna eorum Opera edi et diuendi curaret, illa nihilominus conditione; vt ex pecunia percepta factas expensas subducere, eque lucro puro, duabus tertiis Scriptori concessis, vnam tertiam partem ad augendum communem Prouentum retinere possit. Praeclarum profecto Beneficium, quod nullus prorsus Typographus solet in Hungaria Scriptoribus nostris praestare,

#### *Facilitas erigendae Typographiae.*

Facilitas quoque adest omnino erigendae priuatae et propriae huius Typographiae: cum indu-

biae factae sint a nonnullis Potentioribus remque communem amantibus Patriae Ciuibus significatio- nes: se liberalius esse ad hoc intentum collaturos, modo certa demum sit, vt saepe dicitur, huius for- mandae Societatis Altissima Indulgentia et Protectio.

---

§. X.

*SVMTVVM DEDVCTIO.*

Deducuntur tandem ad specificum et Sumtus hu- ius Societatis, vt hi, partim optantur partim praeuideri possunt esse futuri. Horum haec sunt potissima genera; Stipendia seu Pensiones, Remuneraciones, Proemia, et Subsidia; et reliquae Expensae.

( I )

*Stipendia seu Pensiones.*

*Stipendium Collegii.*

Inter Stipendia primum omnium eorum ineunda est ratio, quae Collegio Societatis penderetur. Duo- decim illi Viri, ex quibus hoc Collegium Pestini vel Budae necessario constare debet, quia Societa- tis negotiis adeo occuparentur; vt nullo praeterea munere alio, prout cetera Membra Ordinaria, pos- sent defungi: talis eorum ratio esset habenda, vt eos nolit omnino Societas deteriore esse sorte cete- ris his Sociis, e quorum scilicet numero essent de- ligendi. Itaque optaret illis, non modo ad hone- stam sustentationem, sed ad maiorem etiam simu-

lum conducente illustriore Stipendio seu Pensione fauere: vt esset operae pretium suas, quas ante obtinuissent, Stationes deserere, et se totos curandae rei communi consecrare. Constat Scientiarum et Artium Studio mentes serenas, sua fortuna quietas, de viuendi ratione non anxias, posse quam felicissime vacare. Et sane talibus constare oporteret, cum totam Societatem, tum inprimis hoc Societatis Collegium. Ratio itaque pendendi suum huic Collegio stipendium ea esse deberet, quae in Vniuersitate nostra Pestinensi partem potiore obtinuit.

Secretario Societatis floreni annui	-	1,200.
Custodi Bibliothecae, Inspectori Typographiae, Inspectori Theatri, deinde octo Dirigentibus, singulis floreni annui 1000, itaque in vnum sumti floreni	- - - - -	11,000.

Item pro eorum hospitiiis aere parato a Societate persoluendis, qui in Collegio ipso locum habere non possent; vti sunt Inspector Theatri, et octo Dirigentes, singulis floreni annui minimum 100, itaque in vnum sumti floreni

.	.	.	.	.	.	900.
---	---	---	---	---	---	------

Stipendium itaque Collegii, et quae hospitii titulo venirent, efficerent florenos annuos

.	.	.	.	.	.	13,100.
---	---	---	---	---	---	---------

*Stipendia Subofficialium.*

Deinde Subofficialium Stipendia haec ponuntur :

Oeonomo Societatis floreni annui . . . . .	500.
Duobus Ephemeridum Concinnatoribus, singulis floreni annui 400, itaque in vnum sumti floreni . . . . .	800.
Duobus Scribis, singulis floreni annui 300, itaque in vnum sumti floreni . . . . .	600.
Duobus Correctoribus, singulis floreni an- nui 300, itaque in vnum sumti . . . . .	600.
Typographo, praeter lucri puri ex Ty- pographia obuenturi partem, hospi- tiumque liberum, floreni annui . . . . .	400.
Incifori, praeter laborum iustam merce- dem, aliquanto amplius ad complen- dum hospitii beneficium, floreni an- nui . . . . .	500.
Stipendia itaque Subofficialium efficerent floreos annuos . . . . .	<u>3400</u>

*Stipendia Famulorum.*

Famulis demum haec fixa assignatur Pensio:

Duobus Ephebis, singulis floreni annui 150, itaque in vnum sumti floreni . . . . .	300.
Mediafino floreni annui . . . . .	100.
Deinde et Epheborum et Mediafini vesti- tus requireret florenos annuos mi- nimum . . . . .	100.
Stipendia itaque et Vestitus Famulorum efficerent florenos annuos . . . . .	<u>500.</u>

*Summa integra Stipendiorum.*

Tres demum maiores istae Positiones in vnum collectae sequentem darent Summam integram:

1. Stipendium Collegij	. . .	fl. 13,100.
2. Stipendia Subofficialium	. . .	3,400.
3. Stipendia Famulorum	. . .	500.
Ergo Summa integra	. . .	<u>fl. 17,000</u>

{ 2. }

*Remuneraciones Proemia, et Subsidia.*

*Remuneraciones.*

Sequitur nunc ea, quae et Membrorum Ordinariorum habenda esset ratio. Hi quia tales essent, qui sparsi in Patria varia gererent munia, haberentque quandam viuendi rationem: solum itaque ad solatium laborum, quos vacuis a munere horis facerent, stimulumque addendum aliqua haec quasi Proemia, certa tamen et perpetua, quae proprie Remuneracionum nomine venirent, quaeque abunde sufficerent, singulis darentur annui floreni 200. Acederet deinde plerisque diligentioribus, et felicibus laborantibus. et illud beneficium: quod ex editis suis, vel Praemialibus, vel aliis Operibus ratam partem caperent. Hi si illo essent numero, vt supra sunt expositi, vtpote viginti quatuor: Pecunia haec illis Remuneracionis titulo pendenda efficeret florenos annuos

4,800.

*Proemia.**Opera Proemialia.*

Inter Proemia prima illa sunt, quae quotannis ad excitanda ingenia distribuerentur inter eos, qui propositas a Societate Quaestiones, vel Opera alia, ceteris feliciter essent soluturi, et elucubraturi. Cuperet Societas duo minimum quotannis huiusmodi Opera proponere: alterum maius, alterum minus.

Ratio autem distribuendi propositum hoc Proemium ista esset: ut in singulis Operibus tres Eminentes suas ratas partes accipiant. Nam uni solum conferre omne hoc Proemium esset sane quaedam iniuria: cum eueniat communiter, ut primo illi et excellentissimo alii quoque ita proxime accedant: ut in dubium etiam videantur quodammodo partem eius laudem vocare.

Minori Operi ponerentur quotannis Proemium aureorum summum 30. Ex his Primus Eminens acciperet aureos 12. Alter 10. Tertius 8.

Maiori Operi ponerentur aurei minimum 50. Ex his Primo Eminenti obtingerent aurei 20. Alteri 16. Tertio 14.

Duae hae Positiones efficerent aureos 80, adeoque flerenos 360, qui tamen ampliore Summa, ut abundantius suppeteret, si quae grauiores quandoque occurrerent Materiae, ponuntur 500.

*Iuuentuti Hungaricae in Arte Incisoria.*

Altera Proemia illa essent, quae a Societate quotannis darentur Hungaris Iuuenibus, qui se in Arte Incisoria exercerent, partim in subsidium vi-

tae, partim ad ipsa Artis huius requisita. Haec quotannis efficerent florenos minimum 400.

Vtrumque hoc Proemiorum genus, pro Operibus et Iuuentuti dandum, in vnum redactum efficeret florenos annuos . . . . . 900.

*Subsidia.*

Vtinam Societati huic ita olim rebus integris et amplis esse liceat: vt et Membris Extraordinariis, et ipsis adeo Alumnis, qui tenuiore essent fortuna, aliquo occurrere possit subsidio, ad eorum laborem, et inprimis ad commercium litterarum subleuandum! Hoc nomine olim erogari possent quotannis floreni minimum . . . . . 600.

*Summa Integra.*

*Remunerationum, Proemiorum, et Subsidiorum.*

Omnes istae Remunerationum, Proemiorum, et Subsidiorum Positiones in vnum collectae sequentem exhiberent Summam integram.

1. Remunerationes . . . . .	fl. 4,800.
2. Proemia . . . . .	900.
3. Subsidia . . . . .	600.
Ergo Summa integra . . . . .	<u>fl. 6,300.</u>

(3.)

*Expensae Reliquae.*

Expensae reliquae quotannis necessario occurrerae sequentibus definiuntur Positionibus.

*Census Domus.*

Ante omnia occurrit Censur Domus, quem magnum esse futurum satis demonstrat illorum supra facta enarratio, quorum vsui haec Domus esset destinanda. Opinio est hanc fore florenorum minimum . . . . . 1,600.

*Bibliotheca.*

Cum solatio potest commemorari: eam esse iam nonnullorum bonorum Patriae Ciuium mentem in hoc Institutum pronam et liberalem manifeste indicatam: se suam Librariam Supellectilem eximie instructam huic Societati esse cessuros, modo certa sit eius Constitutio. Singularia huiusmodi exempla sane et aliorum concitabit munificentiam: vt adeo haec Societas iam in ipsa nativitate sua aliqua gaudere possit Bibliotheca. Hanc deinde noua quotannis meliorum et rariorum Librorum accessione oportet augere: in quem finem impendendi essent praecipue in exordio floreni annui minimum . 500.

*Posta.*

Ad fouendum commodius litterarum commercium vtinam Societatis Collegio saltem illa Altissima exorari posset Gratia: vt in negotio communi Posta Libera fruatur! Tanto pro hoc magis audet supplicare haec Societas: quod ex Aeraario Regio quodammodo refusura sit condonandam hac parte solutionem Ephemeridibus per se vulgandis, et Postae beneficio, vt solet, vtiliter ex parte ipsorum  
etiam

ipforum etiam Postae Officialium promouendis. Ex-  
penfae hujusmodi Postales, quae Societas haberet  
in communi negotio, putantur leui calculo futurae  
floreorum . . . . . 800.

*Scriptoria Supellex.*

Deinde, vt et communis huius Collegii Scri-  
ptoria Supellex, ea imprimis, quae Secretario sub-  
esset, ad negotia expeditius gerenda commode quo-  
tannis instrueretur, in rem hanc necessarij essent  
floreni minimum . . . . . 300.

*Calefactio, Lumen, etc.*

Denique communium Collegii conclauium cale-  
factio hyemalis: vbi est Locus Confessuum, dein-  
de Scriptorium et Lectorium: postea et lumen com-  
mune: ad haec supellex etiam cubilium pro adue-  
nis sociis destinandorum: et ea demum, quae ad  
curandam munditiem necessaria sunt instrumenta,  
exigerent quotannis florenos minimum . . . 500.

*Summa integra Expenfarum reliquarum.*

Quinque istae reliquarum Expenfarum Positio-  
nes in vnum collectae sequentem efficerent Sum-  
mam integram.)

1. Censur Domus . . . . .	fl. 1,600.
2. Bibliotheca . . . . .	500.
3. Postae . . . . .	800.
4. Scriptoria Supellex . . . . .	300.
5. Calefactio, Lumen, etc. . . . .	500.
<b>Ergo Summa integra . . . . .</b>	<b>fl. 3,700.</b>

### *Typographia.*

In Typographiam magna quotannis impendi deberet pecuniae vis, sed quam ea tamen semper cum foenore redderet, seque ipsa sustentaret. Quare nec expensae in eam faciendae isthic exponuntur.

### *Theatrum.*

Et Theatri Expensae nullae deducuntur, quod et has ipse ille Proventus, qui ex Theatro esset percipiendus, cum adparandae suppellectili, tum ipsorum etiam Actorum honorificentiori sustentationi curandae suppeditaret. Partem huius Proventus nullam prorsus suppeditaret haec Societas, nili fortasse ad ponendum quandoque Proemium elaborandi vel traducendi elegantioris et illustrioris alicuius Drammatis, quae res cederet itidem promovendo ipsius Theatri commodo.

### *Summa Summarum.*

Quibus omnibus ita expositis haec demum esset omnium faciendorum Sumtuum Summarum Summa.

1. Stipendiorum Summa	fl. 17,000.
2. Remunerationum, etc.	6,300.
3. Expensarum reliquarum	3,700.
Ergo Summa Summarum	<u>fl. 27,000</u>

## §. XI.

A D N O T A T I O N E S  
IN SVMTVVM DEDVCTIONEM.

(1.)

*Supplicatio pro Fundo praecipuo.*

Inter hos Sumtus ii quam maxime necessarii sunt, qui ad Societatis Collegium primum omnium formandum et constabiliendum requiruntur, quo deinde exordio facto et reliquae Moli sua sensim accederent incrementa, vt demum integra etiam et perfecta consistere possit. Huc, vti ex Deductione patet, si illico hoc Collegium pleno adparatu, adnumeratis etiam subofficialibus et Famulitio, constituendum est: desideratur aliquanto amplior Summa florenis 17,000. cum et Censu soluendi ratio habenda sit. Si vero praecipua Sociorum solum cura fuerit, ex quibus necessario hoc Collegium constare debet; vt vel his bene prouisis reliquae Societati aliqua sensim animatio dari possit; certe requiruntur florenorum minimum 14,000.

Atque hanc saltem Summam rogat quam impensissime supplex haec Societas sibi ex Fundo Studiorum, Augustae Aulae Clementissima Consensione, ad rem hanc tam salutarem tanto et celerius et certius inchoandam, benigne suppeditari: praeter Altissimas illas iam saepe humillime interpellatas Grantias et Fauores, qui necessarii sunt ad hoc Institutum Indultu et Auctoritate Regia firmandum.

His demum feliciter impetratis, certa spes est: reliqua Magnatum aliorumque Bonorum Ciuum Munificentia esse liberaliter supplenda: et quam securissime autem ex Typographiae Prouentibus, quae aequae horum Patronorum et Benefactorum largitionibus erigenda est.

(2.)

*Vsus pecuniae olim superantis.*

Si demum et Liberalitate hac, et propria ipsius Societatis industria, ita olim Prouentuum benigna fuerit accessio incrementumque amplius: ut illi, non modo sufficiant, sed supersint etiam iis, quae et Remunerationum, et Proemiorum, et Subsidiorum, alioque nomine defixae sunt Expensae: tum vero et huius superantis pecuniae facienda utiliter iam nunc constituitur certa quaedam adplicandi ratio. Primum enim augebitur Membrorum numerus, prout hoc necessum visum fuerit. Deinde si et hoc numero aucto abundantior suppetierit Prouentus: in maiorem eorum solum Membrorum fauorem, qui iam exstiterint, tota illa summa aequaliter diuidenda quasi accidentis nomine erogabitur; nimirum inter Collegii Membra, et Membra reliqua Ordinaria. Ad hanc participandi facultatem aliqua minori ratione habenda admitti debebunt hi etiam Collegii Subofficiales: Oeconomus, Ephemeridum Concinnatores, Scribae, et Correctores.

(3.)

*Ratio Publica Perceptorum et Erogatorum.*

Denique vt et publice constet, Societatem hanc in toto hoc olim quoquo nomine percipientorum Prouentuum faciendarumque Expenfarum negotio mente integra et sincera versari: illa quidem horum omnium Rationem palam etiam data est, in eo nimirum Calendario, quo Patronis Membrisque suis quotannis gratificari intendit, adiectis, praeter Societatis, vt vocant, Statum Personalem, annua eiusdem Historia, Decretis, aliisque fugientibus Opellis ad oblectandum facientibus.

(4.)

*Ordo in Statu Personali seruandus.*

Et Statum quidem Personalem huius Societatis in dicto hoc Calendario quotannis exponendi Ordo et Ratio sequens esse possit.

STATVS  
*ERUDITAE SOCIETATIS  
 HUNGARICAE*  


---

  
*PRINCEPS PROTECTOR*  
 N. N.  
*PATRONI ET BENEFACTORES*  
 N. N.  


---

  
*PRAESES*  
 N. N.  
*MEMBRA HONORARIA*  
 N. N.  


---

*COLLEGIUM SOCIETATIS*

Secretarius.

N. N.

Custos Bibliothecae.

N. N.

Inspector Typographiae.

N. N.

Inspector Theatri.

N. N.

Dirigentes et Arbitri Operum.

Dirigens Aestheticus.

N. N.

Dirigens Historicus.

N. N.

Dirigens Philosophus.

N. N.

Dirigens Iuridicus.

N. N.

Dirigens Matheos Purae.

( 3 )

Dirigens Matheos Adplicatae.

N. N.

Dirigens Physicus.

N. N.

Dirigens Medicus.

N. N.

*MEMBRA RELIQUA ORDINARIA.*

N. N.

*MEMBRA EXTRAORDINARIA.*

N. N.

*ALUMNI SOCIETATIS.*

N. N.

*COLLEGII SOCIETATIS  
SVBALTERNI.*

Oeconomus.

N. N.

Ephemeridum Concinnatores.

N. N.

Scribae.

N. N.

Correctores.

N. N.

Typographus.

N. N.

Incisor.

N. N.

Discipuli in Arte Inciforia.

N. N.

*FAMVLITIVM.*

Ephebi.

N. N.

Mediafinus.

N. N.

---

*THEATRVM SOCIETATIS.*

N. N.

---

Laurini. Mense Nouembri. Anno 1790.

*ADORNANTE*

*Nicolao Révai e Scholis Püs,*

Artis Delineatoriae Professore.

*Influentibus in hoc negotium et ceteris Sociis, quorum Nomina in Relatione Excelso Consilio Locumtenentiali Regio humillime facta iam indicata sunt.*

\* \* \*

*Adornator et Agens communis hic nihilominus expressus est: ut constet Publico, ad quem oporteat scribere, siqui ex Patriae Ciuibus, maxime Eruditiss, suas ad hanc rem utiles Reflexiones addere vellent. Quod ut faciant, rogantur etiam quam humanissime: ut tanto perfectior esse possit, si certo futura est, huius tam dudum exoptatae Societatis Constitutio.*

---

## I N P L A N O.

## ERRATA

## CORRIGE

Pag. 5. lin. 10.	probant complura	probarunt edita complura
— 7. — 25.	directae - - -	directe
— 13. — 18.	et quidem tam felici, - - -	et eo quidem tam felici,
	20. semper in sua propria lingua - -	semper sua propria lingua
— 17. — 8.	singularis et ipsa esset - - -	singularis et ista esset
— 19. — 16.	hoc pauco - -	hoc pacto
— 20. — 21.	dicat Ordinarios Confessus, - -	indicat Ordinarios Confessus,
— 22. — vlt.	Diuisione iam more recepto, - -	Diuisione iam more recepta,
— 26. — 17.	diuersae sentientium - - -	diuerse sentientium
— 28. — 5.	praesertim autem, 14. occuparetur. - -	praesertim earum, occuparentur.
— 29. — 1.	malo aliquo fato deesse omnem elegantioremsensum. - - -	malo aliquo fato, deesse iudicium, deesse omnem elegantioremsensum.
— 30. — 10.	ni hoc despecto	in hoc despecto
— 31. — 5.	Talis est — Pestinum, - - -	Tale est — Pestinum,

E

19. Reliqui, vtpote Reliqui, vtpote, In-  
Dirigentes Socii, *spector Theatri, et*  
- - - - - Dirigentes Socii,  
23. *buc* adiuncta - huic adiuncta  
27. distinctum *Scripto-* distinctum *Scripto-*  
*torum,* - - - rium,  
— 33. — 1. concursu quam *fre-* concursu quam *fre-*  
*quentissime,* - - *quentissimo.*  
23. *futura esset* mune- *futura esse* muneris,  
*ris,* - - - - -  
— 37. — 1. aptiores *finxisse* aptiores *finxisset*  
10. *curare.* - - - *curaret.*  
— 38. — 22. Quo *illis* esse de- Quo illos esse decet  
*cet* animo *alter* et animo alto et ex-  
*excellenti,* - *cellenti,*  
24. *voluntatem:* - - *voluptatem:*  
— 46. — 17. *ponerentur* — Proe- *poneretur* — Prae-  
*mium* - - - *mium*  
— 48. — 25. quod *ex* Aerario — quod ea Aerario —  
*refusura sit* - - *refusura sit*  
— 49. — 13. *ubi* est Locus Con- *vti* est Locus Confes-  
*fessuum,* - - - *suum,*  
— 50. — 12. nullam prorsus *sup-* nullam prorsus ad-  
*peditaret,* *fectaret,*
-

CANDIDATI  
ERIGENDAE  
ERVDITAE  
SOCIETATIS  
HUNGARICAE,  
ET  
RATIO  
FACTI  
IN EA PROMOVENDA  
PROGRESSVS.

---

IAVRINI,  
TYPIS IOSEPHI STREIBIG.

---

1791.

Posteaquam alterum erigendae Eruditae Societatis Hungaricae Planum curis secundis diligenter elaboratum, maxime in Excelforum Procerum Inclitorumque Statuum gratiam, iam et typis excusum fuisset: sensimus desiderari vehementius etiam ad plenioram rei notitiam eorum quoque editionem, quae sunt non solum ad ipsum hoc Planum Excelso Consilio Locumtenentiali Regio exhibitum, partim Iussu Altiore, partim nostra providentia adiecta; sed etiam quae antea acta sunt, et quandam facti progressus rationem quasi ob oculos ponere possent. Vt itaque et hac parte morem gereremus, quae quidem communicari possunt, et haec typis expressa Plano ipsi adiungimus duabus veluti Sectionibus distincta: altera Candidatos erigendae huius Societatis complectitur; altera Rationem reddit facti hucusque in promovenda hac Societate Progressus. Nonnulli ex iis Sociis, qui in curando hoc negotio suam contulerunt operam, nomina quidem sua in Relatione Excelso Consilio Locumtenentiali Regio facta indicari, et veluti aliqua subscribendi ratione exponi passi sunt; sed in Editione variis inducti causis id fieri recusarunt. Quare cum singuli exponi non poterint, coalitum in eo est, ut nulli exponerentur, praeter Agentem Communem et Adornatorem Praecipuum. Eadem ratio nos vetat Opinionem a nobis de constituendo Collegio depromtam vulgare. In his igitur significamus humanissime nos cupidis licet Lectoribus et Arbitris satisfacere non posse.

---

C A N D I D A T I  
E R I G E N D A E  
E R V D I T A E S O C I E T A T I S  
H V N G A R I C A E .

**I**n Relatione Excelso Consilio Locumtenentiali Regio facta, antea, quam ad indicandos Candidatos pro Sociis Ordinariis, et maxime pro constituendo Societatis Collegio progressum fuisset, expositi sunt nonnulli Viri Illustres, qui non recusarunt huius Societatis Membra Honoraria esse, nec vetuerunt Nomina sua palam fieri. Hos et hic praemittimus semper nobis cum honore commemorandos. Dolemus vero et reliquos, quorum nominandorum ampla nobis esset copia, partim ob eorum modestiam, partim ob metum etiam aliquem, ne aliquomodo in invidiam adducantur, nunc isthic non posse pariter referri.

---

V I R I I L L V S T R E S ,  
Q V I N O N R E C V S A N T E S S E  
M E M B R A H O N O R A R I A .

---

*Ex Magnatum Ordine*

Illustrissimus Dominus Comes Joannes *Gvadányi*,  
Generalis Campi Vigiliarum Praefectus. Vir, omnis Litteraturae, sed imprimis Hungaricae adeo a-

mans: vt ipse etiam, licet aetate sit prouecta, scribendis et Carminibus, et aliis vtilibus Opellis, quam libentissime occupetur. Inter Carmina maioris voluminis est Liber eius hoc titulo, *Falusi Notarius*, in quo degeneres seculi nostri mores festiue et eleganter carpit. Stylo soluto vulgavit Opus admodum proficuum Iuuentuti Hungaricae, quae belli potissimum cupit Patriae inseruire, hac inscriptione, *Török háborúva tzelozó Gondolatok a' vitézkedni kívánó Magyar Ifjaknak kedvéért.*

Illustrissimus Dominus Liber Baro Gedeon *Rá dai* Senior. Huius omnigenae Eruditionis excellens studium docet nota illa ac per totam Patriam celebrata Bibliotheca, quam habet in Gentilitio suo Castello *Pétzel* longe instructissimam. Litteratorum adeo amans: vt et ipse in hoc hominum genus referri gloriosum putet. Aetate licet sit omnino prouecta, assiduus tamen mirum in modum est in scriptitatione Patria. Eius Carmina complura leguntur in Museo Hungarico, in quo adornando et is Socius est. Concinnat nunc Paraphrasim Operis Epici, Comitis Nicolai Zrinyi, cui nomen *Adriai 'aenger' Sirenája.*

*Ex Ordine Ecclesiastico.*

Reuerendissimus Dominus Joannes Baptista *Mól-  
pár.* AA. LL. Philosophiae et Theologiae Doctor,  
Abbas Belae Fontis, Olim in Regia Scientiarum

Vniuersitate Budensi Humaniorum Director, et Senatus Academiçi Studiorumque Commissionis Affector: nunc Canonicus Cathedralis Ecclesiae Scepusiensis. Huius in promouendo et augendo Sermone Patrio singulare ac perpetuum studium iam dudum notum est tot illis varii argumenti magnis et praeclaris Operibus. *Régi Feles Épületek*, Illustriora Veterum Aedificia. *Egy-bázi Történetek*, Historia Ecclesiastica. *Magyar Könyv-ház*, Bibliotheca Hungarica. *A' Természetiokról Newton szerint*, Physica Newtoniana. Et quae praeterea directe ad Theologiam pertinentia edidit: Reformatum dubium, varias item et graues Conciones. Multa ad haec facta diuersis solennitatibus Carmina. Praeterea nunc quoque aetate ingrauescente vario occupatur docto labore, imprimis in traducendo eodem metri genere Homero, quo Graece scriptus est. Quae omnia totidem sunt et magnae eius eruditionis, et amplae in Sermone Patrio facultatis documenta. Habet et Latinae Eloquentiae tam solutae, quam ligatae non pauca et non obscura specimina. In his praecipua est Historia Naturalis, quam est Carmine complexus.

Reuerendissimus Dominus Antonius *Majláth* de Székely, Abbas S. Benedicti de Borchy, Praepositus S. Saluatoris de Pápocz, Cathedralis Ecclesiae Jaurinensis Canonicus, AA. LL. et Philosophiae Doctor, olim in Academia Jaurinensi Theologiae Moralís, et Pastoralis, ac Eloquentiae Sacrae Professor,

tum etiam eiusdem Academiae Director. Eruditorum Patriae nostrae Fautor eximius, ipse quoque varia ac multiplici eruditione conspicuus. Poeta et Orator excellens; quod vulgata illius Latina Carmina et Orationes satis superque demonstrant. Hungarici etiam Sermonis adeo amans, ut iam antea, quam e tot bonorum Ciuum animis ardens Patriam iuuandi, et linguam, ac Nationem excolendi studium in tam luculentas flammis erumperet, cum Musis Hungaricis suauiter versatus fuerit, et nunc quoque frequenti ad populum Hungaricum dictione delectetur.

Admodum Reuerendus ac Clarissimus Dominus Joannes *Nagy*, Parochus Szanyensis in Dioecesi Jaurinensi. Olim celebris in Academia Jaurinensi Philosophiae Professor. Patria Poesi festiuissime occupatur. Haec eius sunt Opera edita: *A' Mébi Gazdaság*, Res Apiarum scripta Carmine Elegiaco. *Nyájas Múzsza*, Musa Blanditiarum. *Magyar Kátó*, Cato Hungaricus, Opus ex Faludiano Viro Aulico, *Udvari Ember*, redactum in Carmen Elegiacum. Demum Opus Drammaticum, *Égyptziai József*, Iosephus Aegyptiacus.

### *Ex Ordine Equestri.*

Abrahamus *Bartsai*, Colonelli Locumtenens in Legione Equestri Germanica Magni Ducis Hetruariae, (cum haec scriberemus, nunc vero promotus iam est ad Nobilem Turmam Praetorianam Hunga-

ricam,) cui inter armorum quoque strepitus amica  
Musa Patria felices et elegantissimos dictat versus.  
Edidit horum non paucos Georgius *Befsenyei* in Ope-  
re suo, *A' Befsenyei' Barátsága*, Amicitia Befsenyeia-  
na. Plurimos edidit Nicolaus Révay cum Ortzianis  
in sua Poetica Collectione Patria singulari Libello,  
*Két Nagyságos Elmének Költeményes Szüleményei*, Dua-  
rum Illustrium Mentium Foetus Poetici. Hungarus  
vtique elegans. Item Latinus, Germanus, Italus,  
et Gallus inprimis quam cultissimus.

Alexander *Barótzsi*, Superior Vigiliarum Magi-  
ster ad Nobilem Turmam Praetorianam Hungaricam.  
Hic primam quasi facem praetulit elegantiori illi  
sensui, qui posteriore hoc tempore tota fere Hunga-  
ria coepit quam dulcissime propagari: Hungarice red-  
ditis singulari et rara venustate Marmontelii Narra-  
tionibus, et Duschii Epistolis Moralibus, *Erköltsi Me-  
sék*, et *Erköltsi Levelek*: verso item ex Gallico culto  
et suavi Opere Romanensi Cassandra in septem To-  
mulus diviso. Recentissime vulgavit grauiter et do-  
cte scriptam Patrii Sermonis Defensionem, *A' Védel-  
meztetett Magyar Nyelv*. Insigniter praeterea versa-  
tus in Physica, et in illa scientiae Medicae Parte,  
quae Chemicis Operationibus occupatur, item in  
Historiis, Statistica, et Politica. Excellens Hunga-  
rus, Latinus etiam, Germanus, et Gallus egregius.

Franciscus *Kazintzy*, Scholarum Nationalium per Districtum Cassouensem Inspector Regius, et Incliti Comitatus Abaujváriensis Tabulae Judiciariae Assessor. Huius in promouendo Sermone Patrio ardens est aemulatio. Ea quae Hungarice reddidit, et nunc reddere contendit, sunt quam plurima. *Gessneri* Idyllia, *Klopstokii* Messias. Theatri Hungarici Adparatus: in cuius Tomo primo iam typis vulgato comparet *Hamlet* et *Stella* ex Götheo, *Sara Sampson* ex Lessingo. Sub proelum veniet proxime et secundus Tomus, et deinceps ceteri. Traducit praeterea et *Wielandi* Diogenem, et Philosophi *Rousseau* Contractum Socialem. Sui ingenii foetus est Opus dictum *Bátsmegyei' Levelei*. De suo item habet plurima in Orpheo Hungarico, cuius Operis Periodici iam quatuor vulgavit Fasciculos. Praeter peritiam Linguae Hungaricae sciens est et Latinae, et Germanicae, et Gallicae: Italicae quoque et Graecae gnarus.

---

---

CANDIDATI  
PRO SOCIIS ORDINARIIS,  
MAXIME  
PRO CONSTITVENDO COLLEGIO.

I.) *Ealog* (Alexander) Presbyter Secularis Dioecesis Iaurinensis, AA. LL. et Philosophiae Doctor, in Regio Gymnasio Iaurinensi Humaniorum Professor Senior, et Prodirector. Singularis diligentiae in docenda sua Iuuentute: ad quod ut esset quam paratissimus, magnis impensis propriam et instructissimam comparauit Bibliothecam, et raram praeterea Naturalium, inprimis Mineralium, Collectionem. Eri-gendae aliquando Eruditae Societatis Hungaricae tam cupidus, tamque amans: ut ad hanc suam Librariam Mineraliumque amplam Supellectilem in eius vsus donandam vltro proclinet. Ad haec magnam habet et vocum rariorum segetem collectam seculo ad augendum olim Dictionarium Hungaricum. Cultus ipse Hungarus, cultus etiam Latinus; quo sermone non pauca suae in P. Poetica praeclarae facultatis dedit specimina iam typis vulgata. Occupatur praeterea non vulgari Physicae et Philosophiae studio. Nouit probe et Germanicam Linguam: Graecae quoque intelligens.

2.) *Bárány* (Petrus) Pestini vberiori Scientiarum Cognitioni vacat vita priuata. Nuper alumnus Scholarum Piarum. Contendit inprimis Philosophia excellere. Incitatus illo praemio, quod Munificus quidam Hungariae nostrae Eruditus posuit ad conscribendam quam optime Patrio Sermone Psychologiam, adeo singulari successu hoc Opus tentauit, vt praeclaram mouerit de se opinionem, se olim erigendae huic Societati futurum vtilissimum. Praeter pulchram Patriae, et Latinae Linguae peritiam loquitur et Germanicam: intelligit Gallicam, et Graecam.

3.) *Batsányi* (Ioannes) Ad Regiam Administrationem Cameralem Cassouiensem Scriba. Feliciose natus genio ad Mansuetiores inprimis Litteras. Aptus proinde ad Classsem Philologicam. Primum et laudabile dedit iuniore adhuc aetate suae in Patrio Sermone facultatis specimen edito satis iusto Opere de Hungarorum Virtute Bellica Veterum exemplis illustrata, *A Magyaroknak Vitézsége Régiék' Példái-val meg-világitva*. Socius et praecipuus Digerens est Musei Hungarici, quo concinnando Eruditi Cassouienses iam in annum tertium occupantur. Eum viuidiore imaginandi vi alta et sublimia in condendis Carminibus confectari, parique spiritu procedere maxime in vertendo Celtarum Poeta Principe Ossian, probant aliquot edita in eodem Museo Hungarico non vulgaria documenta. Praeter cultiorem Linguae

Hungaricae peritiam sciens est et Latinae, et Germanicae: intelligens deinde et Italicae.

4.) *Benke* (Michael) Philosophiae Professor in Collegio Reformato Enyedienfi. Linguae Hungaricae adeo peritus, vt arduam hanc Scientiam hoc Sermone tradere non dubitet. Versatus praeterea in Paedagogia quam maxime: qua se laude conspicuum reddidit inprimis in educando Iuniore Comite Teleki Filio Excellentissimi Comitis Procancellarii Samuelis Teleki. Probe doctus et Latine, et Germanice, et Gallice; intelligit praeterea et Graecam.

5.) *Benyák* (Bernardus) E Scholis Piis, AA. LL. et Philosophiae Doctor, Gymnasii Regii Alba-regalensis Director. Iam satis dudum est, quod Linguam Patriam, stante adhuc Pestana Piarum Scholarum Academia, ad Philosophiam, quam ibi tam magna cum laude docuit, successu ita secundo accommodauerit: vt eius Discipuli Tentamina Publica primum, quod scire possumus, hoc Sermone in Hungaria fecerint. Dedit praeterea non pauca populari carmine edita et Poeticae Facultatis specimina. Varia etiam scriptitatione Latina iam typis expressa satis innotuit, praecipue Dialogis de Philosophia. Callet ad haec et Germanicam, et Gallicam; intelligit et Graecam.

7.) *Bolla* (Martinus) E Scholis Piis, in Academia Regia Claudiopolitana, antea Humaniorum, nunc Historiarum Professor non mediocri conspicuus laude. Felix in condendis ad Latinum pedem Patrio Sermone Carminibus, praecipue Lyricis, quorum aliqua iam typis edita leguntur. Elegans et Hungarus et Latinus: intelligit Germanicam, Gallicam, et Graecam.

8.) *Csepán* (Stephanus) Iuris Doctor, quo praecipue studio magnam de se concitavit expectationem. Quantum praeterea cultiore Sermone Patrio valeat, primum et luculentum dedit sui conatus specimen traducto in Hungaricum, Nicolao Zrinyio, Opere Drammatico Clarissimi Vertesii. Callet ad haec Latinam, Germanicam: intelligit et Gallicam.

9.) *Decsy* (Samuel) Philosophiae et Medicinae Doctor. Viennae nunc se totum impendit Lucubrationibus variis, et iis potissimum Historicis, et Statisticis. Adplausum communem meruit recenter Patrio Sermone Osmannographia in tres Tomos diuisa. Multum ad formandum Societatis Planum contulit, ad cuius commendationem Opus etiam singulare nuperime typis vulgavit, dictum *Pannóniai Féniksz*, Phoenix Pannonia. Docte in hoc et solidis omnino momentis probat, ex Cultura Sermonis Patrii maximam partem Felicitatis Publicae esse deriuandam; nobisque solum ob eius neglectum plurima deesse.

Societatis itaque, quae praecipue Linguam Patriam excolat, necessitate sic posita, absoluit deinde omnem, quam optime potest, hanc constituendi rationem. Praeter Linguae Patriae non mediocrem peritiam, Latine etiam et Germanice probe doctus est: intelligit praeterea et Gallicam, et Italicam, et Graecam.

10.) *Dugonits* (Andreas) E Scholis Piis AA. LL. et Philosophiae Doctor, in Regia Scientiarum Vniuersitate Pestienfi Matheseos purae Professor Publicus Ordinarius. In eodem suo hoc genere, praeterea in Philologico etiam, quam sit non vulgariter versatus, documento sunt praeclara iam typis edita complura eius Opera: *Algebra* et *Geometria* primum ab eo, quod scire licet, tanto adparatu Hungarice conscripta: duae deinde Lucubrationes Romanenses, quae proprii ingenii sunt foetus, adplausumque communem consecutae sunt, *Etelka*, et *Arany Peretz*, Armillae aureae: demum et duo Opera Poetica carmine populari confecta, *Trója' veszedelme*, et *Ulysses' Utazásai*, Troiae Excidium, et Ulyssis Errores. In quibus omnibus elucet eius et mens excellens, et Linguae Patriae insignis peritia. Elegans est etiam Latinus, quod docet editum ab eo Argonautarum Opus singulare. Nouit ad haec Linguam Germanicam: Gallicae quoque et Graecae intelligens est.

11.) *Fábchich* (Iosephus) Presbyter Secularis Diocesis Iaurinensis, et in Regio Gymnasio Iaurinensi Grammaticus Professor Senior. Studiosissimus Linguae Hungaricae. Ad locupletandum olim et sua aliqua opera Dictionarium Patrium assidua et diligenti vocum rariorum connotatione occupatur. Promptus praeterea pro suis viribus, et impensis, et praecipue sua priuata Bibliotheca non vulgari rem erigendae Societatis augere. Vacat ante omnia Philosophiae et Matheseos Parti Astronomicae. Praeter peritiam Linguae Hungaricae et Latinae, nouit probe et Germanicam: in Graeca etiam versatur quam diligentissime.

12.) *Földi* (Ioannes) Physicus et Medicus Szathmár-Némethiensis. Augendae et perpoliendae Linguae Patriae studio iam dudum satis clarus. Huius conatus specimina complura leguntur stylo et soluto et ligato confecta tam in Vniuersalibus Collectaneis Comaromiensibus, quam in Cassouiensium Museo et Orpheo Hungarico. Linguae Patriae non vulgari-ter peritus: prout et Latinae et Germanicae probe gnarus.

13.) *Göböl* (Gasparus) Minister Reformatus Ketskémethini. Conscripsit versu populari Peregrinantem Animam, *Útazó Lélek*, Opus plenum amore Patriae, et boni communis studio. Deinde eodem carminis genere traduxit in Hungaricum Dauidis

Durandi Auctoris Anglici Casum primi Homini.  
Vtroque hoc labore ostendit praecipue, quam cul-  
tam possideat elegantemque Linguae Patriae peri-  
tiam. Callet praeterea Latinam, Germanicam et Gal-  
licam: Anglicae quoque, et Graecae fatis intelligens.

14.) Görög (Demetrius) Iunioris Comitis Kol-  
lönich domesticus studiorum morumque Praefectus  
Viennae, item Praecipuus Socius in scribendis Ser-  
monè Patrio Euentibus Bellicis, quo suo singulari, et  
ardenti conatu mirum in modum iam profuit etiam,  
et nunc prodest Patriae. Auxit enim inprimis So-  
cietatis Hungaricae ad colendam Linguam Patriam  
erigendae desiderium, non solum perpetua commen-  
datione, sed factis etiam magnis in hanc rem pro-  
priis impensis. Hoc suo studio insigniter deuii-  
xit sibi non paucos Patriae Magnates, qui, tacito no-  
mine, per eum voluerunt et proponi et distribui  
Praemia non profus medioeria ad excitandam magis  
nostrorum Scriptorum industriam, et aemulationem.  
Magnis Sumptibus promouit apud Gentem nostram  
Artem etiam Incisoriam, illa inprimis Europae Map-  
pa nitida et eleganti, quam primum Hungarice ex-  
eudi curauit opera Hungarorum iuuenum, quibus  
quotannis subsidio est certa pecunia ad alendam eo-  
rum diligentiam. Studia, in quibus magis versatus  
est, haec sunt: Philosophia, Historia, Statistica, et  
praecipue Paedagogia. Praeter cultiorem Linguae

Hungaricae peritiam callet Latinam, et Germanicam, et Gallicam.

15.) *Gyöngyösi* (Ioannes) Minister Reformatus Tordensis in Transilvania. Celeber in Carminibus Patrio Sermone ad pedem Latinum non infelici successu exigendis. Quo suo conatu vt tanto magis placeat popularibus nostris, et illum numeris Latinis addit ornatum, arduum oppido et duplici superandum labore: vt eius versus, prout hoc modulationis genus solet a nostris vocari, perpetuo leonini essent. Haec eius Carmina sparsa primum, vt varia tulit occasio, deinde in vnum collecta satis iusto Volumine iam edita sunt Viennae. Praeter peritiorem et cultam Linguae Hungaricae peritiam callet probe et Latinam: Gallicae quoque, Germanicae, Graecae et Hebraicae intelligens est.

16.) *Horváth* (Adamus) Geometra Füredini ad Lacum Balatonem. Vehementer animatus ad excolendum et promouendum Sermonem Patrium, cuius opportunissimo medio curando intentus, erigendae nimirum in hunc finem Societati Hungaricae, et ille, quod suarum virium esse potest, iam dudum satis et sollicitate Magnatum captat beneuolentiam. Facilis et amplius in fundendis Patrio Sermone Versibus, qui populari plausu excipiuntur. Haec eius sunt Opera iam edita. *Hunniás*, Carmen epicum de Ioanne Hunyadi Governatore Hungariae. *Holmi*, seu Miscel-

ianea suarum fugientium Opellarum. Deinde Carmen singulare de Immortalitate Animae. Daturus sub proelum proxime Noctes suas Aestivas, *Nyári Éjszakák*, seu Astronomiam Versibus deductam: item Ethicae Partem de Temperamentis. Ex quibus clare elicitur, eum et Philologiae, et Philosophiae, et Matheos studio non mediocriter occupari. Praeter cultiorem Linguae Hungaricae peritiam callet Latinam: impendit se nunc Germanicae et Gallicae.

17.) *Ille* (Ioannes) Presbyter Secularis Archidiecesis Strigoniensis Comaromii. AA. LL. et Philosophiae Doctor olim Professor etiam Publicus. Iam dudum nota et celebrata est felix eius opera in Boetio Hungarice traducto, item in vulgatis aliquot Actionibus Drammaticis. Et licet aetate sit iam admodum ingrauescente, adeo tamen promouendae Litteraturae Patriae amans est: vt ne nunc quidem a scribendo desistat. Recentissimum est, quod et Considerationes quasdam vtilis et ad morum doctrinam accommodatas ex Gallico in Hungaricum eleganter transtulerit, et Comoediam dictam *Tornyos Péter*, festiuum proprii ingenii foetum, in lucem emiserit. Praeter cultam Linguae Hungaricae et Latinae peritiam nouit et Germanicam, et Gallicam: Graece quoque doctus est.

18.) *Kerekes* (Samuel) Socius in adornandis Euentibus Bellicis Viennae. Studia, quibus maxime

valet, ista sunt: Philosophia, Statistica, et Paedagogia. Praeter cultiorem Linguae Hungaricae peritiam, cuius amplissima sunt documenta in iisdem Euentibus Bellicis, nouit probe et Latinam et Germanicam: intelligit Gallicam et Graecam.

19.) *Komjáti* (Abrahamus) AA.LL. Philosophiae et Iuris Doctor, in Reformato Gymnasio Miskóltziensi Professor. Auxit praeclare Gentis nostrae gloriam, scripta insigni Dissertatione Iuridica, ob quam et Praemium ab Exteris accepit. Praeter grauiora Philosophiae et Iuris studia Humanioribus etiam Literis egregie imbutus est. Linguae vero Patriae tanta praeditus peritia, vt ad excolendum hunc Sermone[m] vtilem collaturus sit operam. Latine etiam probe doctus est, item et Germanice, et Gallice, et Graece.

20.) *Kovácsnai* (Alexander) Philologiae et Historiae Professor in Collegio Reformato Maros-Vásárhelyiensi. Adornat magno adparatu illustrem, et notis animaduersionibusque variis maxime Historicis docte refertam editionem Operum omnium Principis Poetae nostri Stephani Gyöngyösi. Tenet inprimis Linguae Hungaricae penitiorem et elegantem notitiam. Doctus praeterea est non vulgariter et Latine: callet Germanicam, et Gallicam; in Graeca etiam probe versatus.

21.) *Kováts* (Franciscus) Geometra Incliti Comitatus Veszprimiensis. Praeclarae eruditionis Vir. Eius ardorem vere nobilem excolendi et perpoliendi, tam Sermonem Patrium, quam et ipsos populares nostros, probant mirifice depromptae saepe in Vniuersalibus Collectaneis Comaromiensibus doctae et vtilis opiniones et animaduersiones. Leguntur ibi et eius Carmina non pauca. Quantum tamen condendis Patrio Sermone Versibus valeat, ostendit quam maxime singulari et iusto Opere, traducto in Hungaricum Nicolai Boileau Auctoris Gallici Pulperato. Praeter elegantem Linguae Patriae peritiam doctus est et Latinae, et Germanice, et Gallice.

22.) *Kveskai* (Emericus) Ex Ordine Paulinorum. Olim Bibliothecarius Monasterii Pestiensis. Emeritus Scholarum Szathmariensium. Director Regius. Valet praecipue Philosophiae studio. Occupatur praeterea Mansuetioribus etiam Litteris. De hoc genere habet non pauca et sua inserta Cassouienfi Museo Hungarico, in quo concinnando et ipse Socius est. Patet vel ex his, cum omnino viuendum et felicem esse in scribendis Patrio Sermone Carminibus. Eleganter peritus est Linguae Hungaricae; probe sciens praeterea et Latinae, et Germanicae, et Italicae.

24.) *Mátyus* (Stephanus) Medicinae Doctor, et Incliti Comitatus Küküllőensis Physicus. Ordinae

rius. Vir et Artis suae Medicae, et Linguae Patriae longe scientissimus: quod probat praecipue conscriptum ab eo magna et indefessa diligentia copiosaque eruditione Opus Medicum dictum *Vetus et Noua Diaetetica*, *Ó és Új Diaetetica* in sex Tomos diuisum, quorum quatuor iam typis expressi teruntur legentium manibus. Callet Latinam; Germanicae etiam, et Gallicae probe intelligens.

25.) *Milefsz* (Iosephus) Philosophiae Professor in Collegio Reformato Debretzinensi. Penes hoc officium suum proprium quam vtiliter aliis etiam studiis occupetur, maxime autem ad augendam linguam Patriam, documento est illa eius diligentia singularis: quod Clinicum Liberi Baronis Antonii Störckii in Hungaricum traduxerit. Praeter Linguae Hungaricae et Latinae peritiam, gnarus est et Germanicae: intelligens praeterea et Gallicae, et Graecae.

26.) *Nagyváti* (Joannes) Pestini priuata Praefectura occupatus vberiori scientiarum cognitioni vacat. Tentatae successu felici lucubrationes variae praecipue de Re Oeconomica, testimonia praeterea quam frequentissima probant eum in variis scientiis egregie esse versatum. Potiora eius Studia sunt: Physica, Technologia, Oeconomia, et Historia Naturalis. Exercuit se insigniter in Mathesi etiam deinde in Philosophia, in Statistica, et Politica, item in Chemia. Intererat sedulo Anatomicis Experimen-

tis. Linguas loquitur, praeter Hungaricam et Latinam, Germanicam etiam et Gallicam, intelligit Italicam et Anglicam; Graecae quoque et Hebraeae satis memor est. Et hic conatus est, quantum per se potuit, maxime in obeundis Magnatibus, suam Pestini et Budae conferre operam iam per alios satis promoti erigendae huius Societatis negotio.

27.) *Novák* (Stephanus) In Academia Regia Cassouensi Iuris Doctor et Professor Publicus Ordinarius. Dat operam conscribendo Lingua Patria Iuri Naturae, Gentium, et Ciuili, Operi sane nouo et inaudito adhuc, admodumque utili Patriae. Praeter Linguam Hungaricam et Latinam loquitur et Germanicam: intelligit aliquantum et Gallicam.

28.) *Pétzeli* (Iosephus) Minister Reformatus Comaromii. Versionibus Illustrissimorum Auctorum feliciter tentatis longe clarissimus: vti inprimis Voltairi *Henriade*, *Yongi Noctibus*, *Hervei Tumulis* et *Meditationibus*: aliis item minoribus *Opellis*, qualis est eiusdem Voltairi *Zayra*, *Alzir*; deinde *Brumoi Merops*. Celeber praeterea et sui ingenii foetibus: scriptis maxime populari carmine *Fabellis*, Tomo *figulari* iam editis, aliis ad haec factis nata occasione *adplausibus*, totidem defaecati sui ingenii, suavis insuper et venustae eloquentiae Patriae manifestis et egregiis speciminibus. Hoc primo Auctore et potissimo Adornatore prodeunt *Vniuersalia illa*

Miscellanea, *Mindenes Gyűjtemény*, quorum iam quatuor Tomuli sunt typis expressi, plena utilissimis rebus, variis nimirum opinionibus et animaduersionibus ad augendam Publicam Felicitatem docte et maturo cum iudicio depromptis. Singularis est hic Vir, et maxime potens studio Philosophiae, Physicae, et Philologiae. Insignis utique, ut dictum est, et elegans Hungarus. Latinus praeterea, Germanus, Gallus, et Anglus. Ad haec Graecae quoque Linguae et Hebraeae satis intelligens. Multam et hic perpetuamque contulit operam, primum ad commendandam, deinde ad formandam etiam Societatem Hungaricam.

29.) *Rajnis* (Iosephus) Administrator Templi Sancti Ignatii Iaurini. Clarus gestis antea variis in Academia Iaurinensi muneribus. Erat enim in ea primum Humaniorum, deinde etiam Mathematicos Professor, postremum vero Exhortator Iuuentutis Academicae. Praeclarae et amplae eruditionis Vir. Poti ra nihilominus eius studia sunt: Philosophia, Mathesis, et prae his Poesis: cuius et illecebras Graecas illas et Latinas detegere omnes, et apud Gentem nostram commendare singulari adgressus est conatu. Qui delicatiore sunt aurium sensu, percipiunt sane, quam varia et mirifica insit vis in iis numeris, ad quos Graeci et Latini sua solebant exigere carmina: ut pro vario horum nexu, iam grauis et maiestate plena, sublimis et altum sonans; iam

demissa, lenior, popularis; dulcis itam, venusta, et quasi iocans profuatur Oratio Poetica. Vt et hoc itaque ornatu, a numeris repetendo, maior accederet Poesi Patriae splendor et dignitas: curauit id praeteris et hic Vir, ac facile principem inter eos obtinuit laudem, qui hac posteriore aetate hoc laboris genere coeperunt occupari. Primum enim vulgauit in hanc rem Opus singulare hac inscriptione, *A Magyar Helikonra vezető Kalaúz*, Dux viae ad Heliconem Hungaricum: in quo non solum fixis ad indolem Sermonis Patrii certis principiis, felices statuit Regulas Profodiae Hungaricae; sed, adductis etiam in omni carminum genere praeclaris exemplis, ostendit euidenter, tum sui ingenii vim et amplam in hoc conatu facultatem, tum vero id etiam, Linguam omnino nostram Patriam natura esse ad huiusmodi modulationes quam facillimam et aptissimam. Recentius deinde edidit singulari Tomo Virgilii Eclogas eodem carminis genere Hungarice redditas, quae sunt Latine scriptae, perpetuis et doctis Commentationibus illustratas. Tali prorsus adparatu in lucem etiam emissurus est eiusdem Virgilii et Georgica et Aeneidem. Habet praeterea hexametris grauitate superbeque adornatam et Henriadis Voltairianae versionem Hungaricam. Sub prelo venturum est quantumcunque et Opus aliud stylo soluto exaratum hoc nomine, *A Velentzei Tükör*, Speculum Venetum: in quo perstringit degeneres huius aetatis mores, acriter quidem, ut meruerunt, at etiam festiue tamen

et eleganter. Huius praeterea graue et intelligens est iudicium in detegendis et castigandis ;erroribus, qui praesertim in Poesi obrepunt: vt adeo scriptae eius in hanc rem complures animaduersiones mirum in modum profuturae sint Litteraturae Hungaricae. Eleganter itaque et solide peritus est Linguae Patriae. Ad haec doctus egregie et Latine, quod probant abunde non pauca et hoc sermone sparsa eius carmina, Orationes etiam, ac Dedicatio- nes typis expressae. Callet probe Germanicam. Intelligit Gallicam, Italicam, et Graecam. Hebraeae etiam, et Turcicae aliquantum gnarus.

30.) *Ráth* (Mathias) Minister Euangelicus Iau- rini. Si quod habet solatium Patria nostra, et si quam capit ex ista concitata adeo nostrorum scri- ptorum aemulatione voluptatem, quam certe eam capere non mediocrem probat vniuersorum manife- stus ille adplausus, quo nos solemus animari: et huic profecto Viro magna debetur inflammatae et propa- gatae huius contentionis laus et gloria. Ephemeridum apud Gentem nostram Patrio Sermone scripta- rum nulla est ante actis temporibus memoria. Vti- lissimam itaque hanc rem, superatis multis obicibus, vt sunt ardua semper rerum omnium exordia, hic primus in Hungaria coepit, et annis tribus successu sane felici continuauit. Nam praeterea, quod hista fit reliquarum tam frequentium nunc apud nos et vtilium Ephemeridum origo: ipsi etiam Litteraturae

Patriae, infertis variis et doctis in eas primas Ephemerides Librorum Recensionibus, et perpetua adiecta Scientiarum et Artium commendatione, singulare maiusque in dies accessit incrementum; dum denique auctis sensim viribus eo euaserit, in quo nunc est flore non profus humili. Laudabilis est huius Viri tentata etiam magnis ausibus Patrii Dictionarii Perfectio. Praeclara ad haec eius et Historiarum, Reique Statisticae, Politicae, Philosophiae item et Matheos cognitio. Valet praeterea Eloquentia Patria non vulgari, quod docent clare et ipsae illae Ephemerides, et editae nonnullae Dictiones Funebres: quam ad Poesim etiam saepe feliciter adplicuit. Cultus est praeterea Latinus: Germanus item excellens; satis ad haec intelligens et Gallicae, et Graecae, et Hebraeae Linguae.

31.) Rätz (Samuel) AA. LL. Philosophiae, et Medicinae Doctor, et in Regia Scientiarum Vniuersitate Pestienfi Facultatis Medicae Professor Publicus Ordinarius. Vir praeclare de Patria meritus, non solum singulari in docendo diligentia, sed illo etiam conatu laudabili, et admodum vtili: quod Praeceptiones Medicas Liberi Baronis Antonii Störckii Hungarice verterit. Patrio item Sermone conscripserit et Phyzologiam. Haec itaque Scripta probant clare eum non mediocri esse Linguae Patriae peritia. Probe doctus est praeterea et Latine, et Germanice: intelligit et Gallicam et Graecam.

32.) Révay (Nicolaus) E Scholis Piis, Iaurinæ Artis Delineatoriae Professor. Antea in Regia Academia Varadiensi Extraordinarius Philosophiae Professor: quam Stationem deseruit propterea vel maxime, vt opportuniore esse posset loco ad promouendam magis et sua opera Linguae Patriæ Culturam. In qua contentione audax omnino et indefessus erat perpetuo, varia licet agitatus fortuna. Noua Hungarica, a Mathia Ráth laudabiliter inchoata, suscepit eo precipuo et vnico fine continuanda: vt ibi quaedam poneret initia erigendae fensim aliquantulae Societatis Hungaricae: cuius Planum, Bessenyefano animatus Proiecto, exhibuit iam anno 1784. ipsi adeo Augusto Imperatori Iosepho Secundo, a quo id gratiosè etiam exceptum est, vt conatus vere tendens ad augendam Publicam Felicitatem. Rem tamen hanc tunc priuatorum molimine praepeditam, nunc iterum, mitiorem nactus occasiorem, maiori resumit ardore, collectis partem maximam et reliquorum Patriae Scriptorum votis et consiliis, estque communis in hoc negotio Agens, et Adornator Plani erigendae Eruditae huius Societatis Hungaricae. Eius opera sunt plerique Libelli in Vsum Scholarum Nationalium Hungarice redditi: vt ipse Libellus Alphabeticus, qui in hunc vsque diem obtinet: item Orthographia, Ars eleganter scribendi, Res Oeconomica in Compendium et Ordinem Methodicum redacta ex Versione Szilagyiana. Conscripsit praeterea primus sine exemplo Sermonem Patrio Architecturam

Ciuilem. Vertit Pauli Makó Tractatum Physicum de Natura Fulminis. Maximam vero impendit operam colligendis et nitidius edendis Poetis Patriis, quorum iam quatuor vulgavit Tomulos. In his est vnus, qui Posthuma Immortalis Faludi continet carmina, et Opus vnum Drammaticum. Eripuit ad haec edas ci latebrarum iniuriae et alterum eiusdem Faludi Librum dictum *Téli Éjtszakák*, Noctes Hybernae. In hac Poetica Collectione Patria habet et suorum Carminum Tomulum singularem: qui omnium recte intelligentium iudicio, luculenta exhibet testimonia: eum non modo in scribendis populari genio Versibus Hungaricis facilem et felicem esse; sed etiam ad pedem Graecum et Latinum exigendis inter eos, qui hoc nunc labore decertarunt, singularem et perspicuam mereri laudem: vt adeo tanto ampliora adsint et eius secundo hoc conatu argumenta, Sermone nostrum Patrium et his numeris esse quam aptissimum. Tenet praeterea collectam et concinnatam iam multam satis segetem Operis Periodici, cuius haec est inscriptio, *Amaltéa a' Jó Íz' és Magyarság Gyarapodására*, Amalthea ad propagandum Gustum Bonum et ipsum Hungarismum. Adparauit ad haec genio et sensu Anacreontico, in quo genere facile princeps tribuitur illi gloria, et Odarum Tomulum distinctum: cuius Liber primus continet ipsum Anacreontem Hungarice versum, reliqui duo autem potiore partem ex aliis Graecis, Latinis, Gallis, et Germanis Poetis Exoticis collectam complectuntur

materiam, hoc titulo, *Szevelem' Nyájaskodási*, Amorum Blanditiae. Conscribitur et alter Odarum Tomulus iam feriarum, hoc nomine, *Józanabb szervü Gerjedelmek*, Probioris sensus Ardores. Praeter elegantiore[m] Linguae Patriae peritiam, eum et Latine scribendi facultate praeditum esse demonstrant editi iam complures Elegi: quos collectos in vnum Volumen, et aliis nondum editis auctos, cum Oratione Funebris dicta Váradini in Parentalibus Mariae Theresiae Augustae, iam et Censura satis pridem probatos, proxime typis commissurus est. Ad haec bene loquitur et Germanice. Linguae etiam Gallicae et Italicæ satis intelligens est: Graecæ quoque et Hebraeae satis gnarus. Potiõra sunt eius studia: Philologia, et ea imprimis Patria: deinde Paedagogia, Physica, et Mathefis.

33.) *Rozgonyi* (Iosephus) Nullum habet publicum adhuc specimen; magnam tamen de se concitavit expectationem: se illo et Scientiarum et multae experientiae adparatu, quem secum ab exteris adtulit quam amplissimum, futurum et Eruditae huic Societati, et ipsi adeo Patriae vtilissimum. Aberat annis septem, intereaque peragravit Germaniam, Galliam, Hollandiam, et Angliam. In cognitione rerum abunde comparata maxime valet Philosophia, Mathefi, et Statistica. Praeter peritiam Linguae Patriae non inamoenam, sciens est Latinae, Germani-

cae, Gallicae, Hollandicae et Anglicae: Graecae item et Hebraeae intelligens.

34.) *Simai* (Cristophorus) E Scholis Piis, Emeritus Artis Delineatoriae Professor Cassouiae. Praeter elegantem huius Artis peritiam probe nouit et Geometriam, et Mechanicam, et Architecturam praecipue Ciuilem. In ceteris etiam Matheseos Adplicatae Partibus utcunque versatus. Felicissimo autem natus est genio ad scribendas et vertendas Patrio Sermone Comoedias, easque ad indolem Linguae saepe et facetiis Plautinis apte et festiue adspargendas. Harum complures iam typis quoque vulgavit his inscriptionibus: *Mesterséges Ravaszság*, Dolus Artificiofus; *Váratlan Vendég*, Hospes Inexpectatus; *Igazbázi, a' Jó Polgár-Mester*, Consul Probus; *Gyapai Márton a' Feleség féltő*, Vir Zelotypus; *Zsugori egy Vén Fősvény Ember*, Senex Auarus. Adornauit praeterea in usum Minorum Scholarum et Physicae et Ethicae Compendium. Adparat nunc et Architecturam proprie in usus Oeconomicos. Praeter cultam Linguae Patriae peritiam callet probe et Latinam, et Germanicam: intelligens est et Gallicae.

35.) *Szabó* (Dauid) Siculus Baróthiensis, Presbyter Secularis Archidioecesis Strigoniensis, in Academia Regia Cassouiensi Humaniorum Professor Senior. Assiduus et indefessus in excolenda Lingua Patria. Edidit sedulo conscriptum Dictionariolum

vocabulorum in Hungaria minus vſitatorum. Carmi-  
nibus Patrio Sermone ad pedem Graecum et Lati-  
num concinnandis tantae ſolertiae: vt ex iis, qui  
hoc nunc laboris genere defudant, ille quam  
plurima in lucem emiſerit, percurreritque omnem  
horum numerorum rationem. Elegos, Epigrammata,  
Eclogas, et Heroici Carminis ſpecimina, Odas  
item varias ſuo complexus Operè, iam tertiam ad-  
ornauit editionem. In his habet praecipuum ſui la-  
boris fructum verſum hexametris Miltonis Paradifum  
Perditum. Traduxit hoc carminis genere et Vaſieri  
Rem Ruſticam eleganti adparatu iam dudum duobus  
editam Voluminibus. Scripfit et Diſſertationem ſatis  
laborioſam et moleſtam de Proſodia Hungarica, hac  
inſcriptione, *Ki Nyertes*, Quis tulit Palmam. Philo-  
logiae eſt quam impenſiſſime ſtudioſus inprimis Pa-  
triae; verſatus praeterea in Philoſophia. Praeter am-  
plam Linguae Patriae peritiã callet probe et Lati-  
nam, in qua nimirum ſcripta et edita habet carmi-  
na non pauca. Intelligens eſt Graecae.

36.) *Tolnai* (Alexander) In Regia Scientiarum  
Vniuerſitate Peſtienſi Artis Veterinariae Profeſſor  
Publicus Ordinarius. Vt communiorem redderet a-  
pud populares noſtros curandorum pecorum ratio-  
nem, vtpote hanc praecipuam ſuae Doctrinae mate-  
riam: Wohlſteinii Opera de re eadem e Germanico  
ſelici ſucceſſu tranſtulit in Hungaricum. Probe ita-

que gnarus et Patriae et Germanicae Linguae, pro-  
ut et Latinae: intelligens et Gallicae.

37.) *Tóth* (Wolfgangus) Presbyter Secularis  
Dioecesis Quinqueecclesiensis, AA. LL. et Philosophiae  
Doctor, in Regio Gymnasio Budensi Humaniorum  
Professor Senior et Prodirector. Praeter elegantem  
Manfuetiorum Litterarum cognitionem, Philosophiae  
etiam, Physicae, et Historiae Naturalis studio conspi-  
cuus est non vulgari. Quantum autem Sermone Pa-  
trio valeat, documento sunt editi aliquot oblata va-  
riarum solennitatum occasione culti et suaves Versi-  
culi. Doctus ad haec est bene Latine: sciens item  
Germanicae, probe intelligens et Graecae.

38.) *Versegi* (Franciscus) Ex Ordine Paulino-  
rum, AA. LL. et Philosophiae Doctor, Emeritus Ca-  
pellanus Castrensis. Socius in concinnando Museo  
Hungarico. Huic Operi inserta leguntur quaedam eius  
Carmina de Vniuerso ad pedem Latinum exacta, fa-  
cilis et felicitis in hoc genere laboris clarum specimen.  
Insigne nunc et vtile Opus, Historiam Vniuersalem  
Auctoris Gallici Abbatis Milloti, Hungarice reddidit:  
cuius Tomum primum nuperrime iam et iuris publici  
fecit tam secundo successu: vt et ipsa traductio, et  
adiectae ab eo illustrandi gratia notae, ac quaedam ani-  
maduersiones, praeclaram illi ingenii, eruditionis, et  
animi ab omni partium studio alieni laudem adtulerint.

Ad haec in Philosophia et Physica egregie versatus. Praeter cultiorem Linguae Patriae peritiam sciens est Latinae et Germanicae; Gallicae etiam et Graecae intelligens.

39.) *Virág* (Benedictus) Ex Ordine Paulinorum In Regio Gymnasio Albaregalensi Humaniorum Professor. Socius in concinnando Museo Hungarico. Hunc ex iis, quae sparsa edidit Carmina: Viri plerique, qui sensu elegantiore praediti esse putantur, communi cognomento *Rediuium Anyos* ceceperunt vocitare, illum, eiusdem Paulini Ordinis praeclarum Alumnum, et rarum omnino decus, quem mature mortuum merito lugent Musae Patriae. Hic igitur tam felici natus genio, multum certe ad Mansuetiorem Litteraturam Hungaricam collaturus est. In Philosophia etiam versatus est non mediocriter. Praeter cultiorem Linguae Patriae peritiam, callet probe et Latinam, et Germanicam: intelligit et Gallicam et Graecam

40.) *Öri* (Philippus Gabriel) In Collegio Reformato Sáros-Patakiensi Theologiae Professor. Vir praeclara et quam latissima eruditione illustris. Picteti Ethicam, Opus item singulare celeberrimi Zimmermanni de Arrogantia Nationali, *Nationalstoltz*, tam secundo traduxit successu: vt publico etiam et perspicuo constet iudicio, eum Patrii Sermonis culta et eleganti valere peritia. Sciens vtique et Latinae: Gallicae etiam et Germanicae probe gnarus: bene deinde intelligens et Graecae et Hebraeae.

---

R A T I O  
FACTI PROGRESSVS  
IN PROMOVENDA SOCIETATE.

---

SUPPLEX LIBELLVS  
AD SERENISSIMVM PRINCIPEM REGIVM  
ARCHI DVCEM AVSTRIAE  
ALEXANDRVM LEOPOLDVM.

Supplices hae Litterae scriptae ad faciendum  
praecipuum, et expressum apud Augustam Aulam huius  
suscepti Instituti motum datae sunt Sermone Patrio,  
vt isthic sistuntur: Exhibentur nihilominus et Lati-  
ne eorum inprimis gratia, qui Hungarice nesciunt.

FELSÉGES  
SÁNDOR LEOPOLD  
AUSTRIAI FÖHERTZEGHEZ  
ALÁZATOS ESEDEZÉS.

Felséges Föhertzeg!  
Kegyelmes Úr!

Arra a' kellemetes hírre, mely el-terjedt az egész  
Hazában, hogy Föhertzegséged különös szorgalommal  
méltóztatik Nyelvünket tanulni, ki-mondhatatlan, mi  
igen meg vígasztalódott Nemzetünk. Ezt mindnyájan

annak nyilván való jeléül vefzfzük: hogy Föhertzegségednél kedves mind Nemzetünk, mind Nyelvünk. Ugyan ezért bátorkodott annyira az a' Társaság-is, melly már alkalmas régóta együtt-is másutt-is törekedik a' Hazai nyelvnek mivelése mellett a' szép Tudományokat is Nemzetünkkel a' maga született Nyelvén édesebben kóstoltatni, és az azokból áradó gyönyörűséget és hasznot tellyesebben éreztetni; hogy Föhertzegségedet Óltalmazó Fejedelmének alázatosan kívánná meg kérni: ha Föhertzegséged azon Társaságnak Öregbedésére és állandó Fenn maradására Kegyes Atyjának, a' mi Felséges Királyunknak Helyben hagyását ki munkálódni méltóztatnék, 's ezen Új Tzím-mel, mint Nemzetünkhez vonfzó Kegyes Hajlandóságának újabb és tetfzetősebb Bizonyságával, jeleskedni. A' mikor olly bizodalommal vagyunk, hogy buzgó Esedezésünket meg hallgatván, nem fog Föhertzegséged késni Felséges Kegyelmet reánk ofztani, meg nem szününk hóltig lenni

A' Felséges Föhertzegnek  
Kegyelmes Urunknak

Győrött Szent Iván' Havának 28. napján

1790.

Alázatos Engedelmes  
Hív Szolgai  
Révai Miklós s. k.  
És a' többi Társak.

Serenissime Archidux!

Domine Clementissime!

Gratiosissimo rumore illo, qui per totam Hungariam percrebuit, Serenitatem Tuam Linguam nostram singulari industria ediscere dignari, inexplicabile est, quantum Genti nostrae accesserit solatium. Ita hoc omnes accipimus, vt expressum indicium: Serenitati Tuae charam esse et Gentem et Linguam nostram. Ac propterea etiam confidit adeo Societas illa, quae satis dudum locis variis contendit penes Culturam Linguae Patriae ipsas quoque Mitiores Artes et Scientias Genti nostrae suo natiuo Idiomate dulcius degustandas, emanantemque ex his voluptatem et vtilitatem penitus percipiendam proponere; vt Serenitatem Tuam in Principem Protectorem suum cupiat humillime exorare: si Serenitas Tua augendae et firmiter constituendae eidem Societati, Clementissimi Patris Sui, Regis nostri Sacratissimi, Adprobationem expetere dignaretur, neque grauaretur hoc Nouo Titulo, veluti suae in Gentem nostram Gratiosae Propensionis recentiore et clariore argumento, esse conspicua. Dum ea sumus fiducia, Serenitatem Tuam, exaudita ardenti nostra supplicatione, non esse moraturam in conferenda nobis Altissima sua Gratia, non desinimus esse perpetuo.

Serenissimi Archiducis

Domini nostri Clementissimi

Iaurini Die 28. Mensis Iunii

1790.

Humillimi et Obsequentissimi

Serui Fideles

Nicolaus Révay m. p.

Et ceteri Socii.

---

*LITTERAE PRAESIDIALES*  
*Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii.*

P R I M A E.

19837. Reuerende in Christo Pater !

Vt Societati pro excolenda Lingua Hungarica formandae, tanquam Instituto laudabili, et non solum ad Incrementum amoeniorum Scientiarum, sed etiam ad augeudam Publicam Felicitatem tendenti, cuius Planum Paternitas Vestra cum suis Sociis Altissimo Loco exhibuit, interea etiam, dum clara, distincta, et omnibus numeris absoluta Academiae istiusmodi Imago efformetur, Fundusque et Locus destinetur, praeliminaria parari possint, Paternitas Vestra Planum hocce suum, quantum ad necessarium Fundum, et occursuras Expensas, ad specificum reducet, vt ante omnia sciri possit, quantinam Sumtus ad salarifandos Secretarium, Profecretarios, et Adiu-  
tores requirerentur.

Praeterea Paternitas Vestra Sociorum quoque illorum, qui in Plano hoc formandae Societatis operam nauarunt, Nomina mihi indicare, et opinionem depromere velit; annon initio ad parcendum maioribus Sumtibus, ita rem quoad Typographiam, quam Societas priuatam et propriam habere desiderat, accommodari praestaret: vt eadem Societas hic et nunc Typographia Vniuersitatis Budae existente utatur, et Locum etiam physicum pro instructione Bibliothecae et Ordinariorum Confessuum, ac Scriptorii in iisdem ipsis Aedibus Typographiae obtineat. Queis permaneo

Paternitatis Vestrae

Budae Die 30. Iulii 1790.

Ad Officia paratus  
Comes Carolus Zichy,

P. Nicolao Révay Graphidis Professori Iaurini.

C K.

*A L T E R A E.*

22586. Reuerende in Christo Pater!

In Continuationem dimissae abhinc die 30ma Iulii a. c. sub Nro 19837. Dispositionis, intuitu Plani, quod ad excolendam Linguam Hungaricam tendit, Paternitati Vestrae id adhuc de Benigno Iussu Regio committendum habeo; vt isthuc genuine referat, primo, ex quibus Indiuiduis Societas illa, cuius

Nomine Paternitas Vestra attactum Planum exhibuit, confitet; prout id iam in Litteris sub praecitato dato expeditis dispositum fuit; secundo: quomodo, et quando, cuiusque cum praescita eadem Societas coaluerit. Queis maneo

Paternitatis Vestrae

Budae Die 17. Septembris 1790.

Beneuolus

Comes Iosephus Csáky.

P. Piaristae Révay.

C K.

---

*R E S P O N S V M*

*ad utrasque has*

*Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii  
Praesidiales Litteras.*

Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium!

Duplices illas Praesidiales Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Litteras, alteras 30ma Iulii a. c. sub Nro 19837, alteras vero die 17ma Septembris a. c. sub Nro 22586, intuitu Plani Societatis ad excolendam Linguam Hungaricam erigendae, Clementi Iussu Regio benigne expeditas, communicavi sedulo cum iis omnibus, qui in partem huius laboris iure potiore venerunt: ut ad Puncta in vtris-

que gratiose proposita quam adcuratissime accedente et eorum consensione responderi possit.

Quia institutum hoc, cuius formandi desiderio, non modo nos, sed et alii complures Ciues Patriae de ipso adeo Magnatum Ordine iam dudum et vehementer tenentur, ab ipso etiam Excelfo hoc Consilio Locumtenentiali Regio, expressis verbis, signanter in illis primis Litteris *laudabile, et non solum ad incrementum amaeniorum Scientiarum, sed etiam ad augendam Publicam Felicitatem tendens* esse agnitum et compellatum est: ac praeterea ita etiam considerari meruit, vt nonnullae Opiniones Benignae ab eodem Excelfo Consilio Locumtenentiali Regio in fauorem erigendae et constabiliendae huius Societatis manifesto quodam occurrendi studio depromptae sint: incredibiliter sumus omnes animati, vt datae tam gratiosae occasione non deessemus, submissequae et impense supplicaremus eidem Excelfo Consilio Locumtenentiali Regio, vt nos, vel Patriae potius hanc rem, per nos exiguis viribus *inceptam*, porro quoque benigne prouehere et adiutare, Responsumque nostrum, et Planum ipsum, curis nouis vberius perfectiusque elaboratum, quod isthic adiungere ob nexum plenamque rei notitiam praesumimus, Altissimo Loca promouere efficaciterque commendare dignaretur.

Puncta illa, ad quae nos respondere oportet, in duplicibus illis Praesidialibus Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Litteris sequentia sunt, quibus illico et Responsum nostrum humillime substernuntur.

Puntum I. *Vt Planum hocce, quoad necessarium Fundum et occurrentes Expensas, ad specificum reducat: ut antea omnia sciri possit, quantinam Sumtus ad salariandos Secretarium, Prosecretarios, et Adiutores requirerentur.*

Planum hoc alterum elaboratius isthic adnexum huic Puncto plene satisfacit, §. X. vbi distincte omnia sub certos titulos redacta occurrunt Sumtuum genera.

Summa omnium efficit florenorum 27000.

Expositum illic est continuo et illud, §. XI. sub Numero 1. nostras humillimas preces has esse: ut Gratia et Consensione Altissima illa saltem huius Summae pars nobis ex Fundo Studiorum clementissime assignaretur, cui certius et firmitus inniti possemus, quae solum ad formandum huius Societatis Collegium, Budae vel Pestini futurum, necessaria est, quod nimirum veluti fundamentum esset superstruendae sensim Molis reliquae.

Haec Summa est illic aliquanto amplior florenis 17000, si pleno constituatur adparatu hoc Societatis Collegium; minimum vero 14000 florenorum esse deberet, si Subofficiales et Famulitium huius Societatis in calculum non veniant.

Interpellauimus in Contextu huius Plani, §. IX. sub Numero 1. aduersam non fore Fini Fundi Studiorum hanc ex eo indulgendam clementer, erigendaeque Societati nostrae assignandam Participatio-

nem: siquidem et haec Societas iis rebus salutari-  
bus Patriae nauare intendit operam, quibus curan-  
dis et promouendis Fundus iste tam multiplici ac-  
cessione et splendore Regio auctus et destinatus est;  
propagandis nimirum et communioribus efficiendis  
ad maiora Publicae Felicitatis incrementa Scientiis  
et Artibus.

Quae reliqua Summa est, certa alimur spe, eam  
nobis suppeditandam esse Magnatum aliorumque Bo-  
norum Ciuium Largitate, et deinde ex propria  
etiam Typographia.

Modo nobis ita felicibus esse liceat, vt mani-  
feste constet, hoc Institutum Auctoritate Regia gra-  
tiose confirmatum esse, obtentis et illis Clementissi-  
mis Aulæ Augustae Fauoribus, quos in contextu  
huius Plani nobis necessarios submisit et saepius ex-  
ponimus; vltro sane ac veluti concertantes adcur-  
rent quam plurimi, qui, hoc Exemplum Regium  
imitati, ad augendam rem nostram pro viribus suis  
conferant.

Ceterum si quid fortasse obstaret, ne hoc Sub-  
sidium ex Fundo Studiorum ita, vt supplicamus, ad-  
signari possit: et temporum difficultas ex alio etiam  
quocunque Fundo Publico prohiberet ad huius com-  
plementum aliquid adiici: faltem id ergo quam hu-  
millime rogamus, vt vel tantum benigne conferen-  
dum exoperari dignetur Excelsum Consilium Locum-  
tenentiale Regium, quod aliquomodo sufficiat ad  
ponendum primum huius Instituti fundamentum.

Etiamsi non possit in ipso iam exordio notabilior aliqua et illustrior huius Societatis esse Constitutio; ne propterea intermittatur penitus et intercidat. Exposuimus quidem fusius et adparatius, qualis illa esse debeat ad curandum scilicet tanto et celerius et certius bonum commune: ita nihilominus plerique sumus animati, ut amore Patriae, pro qua et sanguinem vitamque ipsam prodigere non dubitamus, incommodius etiam rem hanc, alioquin et hucusque fatis multo fatigio, bono tamen semper animo, agitatum, porro quoque vltro et libenter sustineamus, modo aliquo benigniore suffulciamur subsidio. Sane dabimus deinde cum voluptate operam, quam possumus maximam: ut haec Societas ea sensim accipiat nostris studiis incrementa, et ea praesidia, etiamsi nos fero illis fruituri sumus: quibus tandem et firmitus et splendidius consistat, tradique possit nostris Successoribus quam adparatissima.

*Punctum II. Ut Sociorum illorum, qui in Plano hoc formandae Societatis operam nauarunt, Nomina indicentur.*

In Plano hoc formandae Societatis collaborarunt, collatis mutuis consiliis, et depromptis opinionibus, dataque expressa consensione, alii Praesentes et saepius collecti, alii absentes solum per litteras. quorum deinde magis stimulata et aucta est contentio in

hoc suscepto opere, postquam haec recentia data sunt Regiae Propensionis Gratiofa Indicia.

Horum Nomina, quasi subscribendi ratione, distincte et clare indicato ad hunc conatum accessus ordine, expressa sunt in fine elaborationis huius Plani, suntque vniuersim viginti duo.

Punctum III. *Vt referatur genuinae, ex quibus Indiuiduis Societas illa constet, cuius nomine attactum Planum exhibitum est.*

Societas ista nulla adhuc habet Indiuidua, ex quibus veluti Membris iam certo definitis constaret: siquidem nec ipsa adhuc Societas reuera existit.

Spectata est haec Societas ad hoc vsque tempus, et nunc etiam ita reipsa spectatur, veluti futura. Atque talis huius Societatis futuri solum Socii Planum illud exhibuerunt, qui paullo ante indicati sunt ad Punctum prius.

Cum illi nihilominus pauci adhuc sint ad delectum melius et integrius faciendum: et illi quidem, qui iam nominati sunt, et alii etiam, quorum opera huic erigendae Societati utilis esse potest, quique ad hoc vsque tempus nobis satis innotuerunt, post elaboratius hoc Planum, Appendicis instar, ordine alphabetico, adiectaque fideli descriptione singulorum conditione, meritis, et praecipuis quibus pollent facultatibus, ampla satis serie referuntur.

Suadet hoc magnopere etiam erigendae huius Societatis Dignitas, et nos quoque, qui primam et praecipuam ad eam prouehendam dedimus et coniunximus operam, rogamus quam impensissime: vt, si reuera confirmandus est hic noster pius in Patriam conatus, nunc saltem in exordio Socios, praecipue ad formandum Societatis Collegium necessarios, deligendi Prouincia Viris Altissima Auctoritate nominandis, grauibus omnino et promouendi boni communis vere et integre studiosis deferatur; qui in toto hoc negotio id vnice spectent, quod e re Societatis esse debet. Quot autem et quales Socii requirantur ad efficiendum hoc Collegium, exponitur in Plano, §. III. sub Numero 2.

Si quid nihilominus audere possumus, nos, qui praecipuam in elaborando hoc Plano contulimus operam, quique et nosmet ipsos, et ceteros etiam magis et penitus nouimus: aliquam interim formandi Collegii inimus rationem, substernendam alioquin his, quos hic expetimus, Viris Illustribus pro prima illa et solemniori Electione Altissima Voluntate denominandis. Ratio ista humillime exhibetur, et solum vt quaedam nostri desiderii significatio, post ipsum prolixiozem illum Candidatorum Catalogum.

Spectauimus, quantum per nos licuit, in singulis futuri huius Collegii Sociis, tam dotes et facultates necessarias: quae in Plano, §. IV. exponuntur, tum ipsos etiam labores in promouendo hoc Instituto et Plano elaborando prae ceteris egregie po-

fitos. Comparent nihilominus aliqui in illo Candidatorum Catalogo, qui nonnullis in hac nostra interim facta Electione propositis Sociis magis conspicui sunt, potioreque iure fuissent deligendi: sed horum plerorumque satis explicata mens est, se praesentem, quam obtinent, Stationem non esse deserturos, amploque id illis honori futurum, si huius Societatis Membra solum Ordinaria fuerint.

Punctum IV. *Vt referatur, quomodo, et quando, cuiusque cum praescitu eadem Societas coaluerit.*

Societas haec, qualis, et priore, et hoc inprimis Plano elaboratiore adumbrata est, nondum coaluit, vti vel paullo ante ad Punctum prius insinuatum est: sed coalescere desiderat sane quam vehementissime ex minoribus iis Societatibus, quae sparsae in Patria iam dudum satis, minoribus quidem viribus, ob eamque rem non ita efficacibus, quibus Magna ista, es Regia Publicaque non modo Auctoritate, sed etiam Protectione firmanda Societas valere posset, laudabiliter nihilominus et praeclare contendunt ad erigendam Linguae Hungaricae spretram adeo et fere oppressam Dignitatem.

Minores istae Societates natae sunt in pluribus Patriae Ciuitatibus, omnium Bonorum Ciuium desiderio, Boni Communis studioso Eruditorum feruore, eoque magis collaudanda industria, quod laborum et fatigiorum nullam fere ad hoc usque tempus

dignam receperint mercedem, praeter adplausum illum communem, quem a tota Patria consecuti sunt.

Talis est vtraque Societas Cassouiensis, altera Museo, altera Orptheo Hungarico periodice in lucem dari consueto illustris. Talis est Viennensium Sociorum in scribendis Euentibus potissimum Bellicis rara, nobilis, et magnanima assiduitas. Talis est Comaromiensium in Vniuersis Collectaneis non satis depraedicanda solertia. Talis Iaurinensium aliorumque complurium Scriptis variis, et vulgatis, et porro vulgandis intenta dudum egregia contentio.

Quae omnia, quia Publicam subeunt Censuram, in Publicis excuduntur Typographiis, Publicis distrahuntur Officinis, Publici etiam totius Scitu et Consensu aguntur.

Quod ipsam tamen Magnam illam Societatem concernit, quae harum minorum saepe iam exoptata in vnam transformatione coalescere vellet: illa ergo eorum inprimis Praescitu, ac Opera etiam collata, et promota est, et nunc iterum promouetur, quorum Nomina ad Punctum II. iam indicata sunt.

Quanquam esset nobis et Magnatum, aliorumque Potentiorum Ciuium nominandorum ampla satis et honorifica copia: si per eorum liceret, seu modestiam, seu metum etiam aliquem, ne iniquitate vel hominum vel temporum in inuidiam adducantur. At metus is est potius, grauis omnino, et quo iam dudum acerbe maceramus.

Eum vero nobis Diuina Prouidentia datum esse Regem benignum et clementem gratulamur: qui populos sibi subiectos cupiat ac velit esse quam beatissimos, adeoque et omni cura anxia prorsus solutos, vt, quae illos molesta grauarent onera, illa quidem se esse sublaturum quantocyus, iam frequentibus et gratiosis declarauerit significationibus, modo ea sibi nota sint. Tanto igitur et hic confidentius vocem dolentis populi Hungarici aperto et sincero animo suscitamus: vt illi tandem et hac parte, qua etiam non mediocriter adflictus est, opportuna, et clemens medela Regia adferri possit.

Hostes Nominis et Dignitatis Hungaricae, non solum in Gentem nostram iniurii, sed in ipsam etiam Maiestatem Regiam temerarii, hanc pridem commouerunt ingratham suspensionem: Aulam Augustam adeo aduersam esse Culturae Linguae Hungaricae, vt eam opprimere etiam et extinguere contendat. Haec res, quia et ad ipsam Gentem Hungaricam olim penitus delendam intensi conatus quandam prae se ferre videbatur speciem, non potuit iisdem Hungaris non quam acerbissima esse. Tanto autem ferocius hoc erat: quod hic rumor iniquus et animos exasperans quodammodo confirmari putabatur etiam extorto illo et late vagante inprimis Magnatum nostrorum metu: vt trepidarent Linguae Patriae Cultoribus aperte auxilio adesse.

H

Dedit vero Maiestas Sacratissima, iam in ipso auspicio sui Regiminis aditu, manifesta sane et propitia suae ab hoc proposito prorsus alienae mentis indicia. Haec nos Scriptores potissimum Patriae desiderantes eo etiam esse efficaciora ad omnem tandem scrupulum ex Ciuium nostrorum animis penitus eximendum, hanc suscepimus rationem nostra opinione accommodatissimam: vt via recta eidem Maiestati Sacratissimae, alioquin Linguae nostrae vltro et benigne fauenti, quam humillime supplicaremus pro Societate nostra Hungarica Altissima Protectione aliisque Fauoribus Regiis ante omnia clare et indubie firmanda: quod videntes Magnates nostri, suo iam metu soluti, adderent deinde liberius et suum nostris conatibus apertum Patrocinium.

Et bene res cessit initio. Primae et gratiosae Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii datae in hoc negotio Praesidiales Litterae excitarunt et prouocarunt mirifice hos nostros Patronos.

Nunc illi vero haesitant iterum, et isto, de quo hic amare querimus, resuscitato anguntur pauore, maxime ob interiectam secundis Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Litteris hanc suspiciosam quodammodo Quaestionem: *cuius nimirum praescitu Societas haec coaluerit.*

Itaque vehementer ingemiscit iterum Patria. Huius nos vocem perferimus supplices ad Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium, obsecramusque

impense: vt pro sua, data sacramento et Regi et Patriae fide ac pietate, velit modo quam optimo hanc malitiosorum hominum noxio adeo clamore concitatam trepidationem ex Ciuium nostrorum animis depellere, praecipuoque aliquo et praesenti sufferendi penitus huius scrupuli argumento plenam et perfectam curare Gentis nostrae fiduciam.

Huiusmodi inprimis est haec nostra Societas. Huic cum et Maestas Sacratissima propensa esse coepit: dignetur Excelsum hoc Consilium Locum tenentiale Regium Altissimam hanc Voluntatem, et sua interposita benigne interpellatione, nobis porro quoque propitiam et gratiosam conseruare.

Palam autem omnino est, vt et ipse Plani totius Contextus euidenter docet: omnem nostrum hunc conatum prorsus innocentem, vnice promouendi et augendi boni communis vero ac nobili studio esse susceptum.

*Punctum V. Vt depromatur Opinio; annon initio ad parcendum maioribus Sumtibus, ita rem quoad Typographiam, quam Societas priuatam et propriam habere desiderat, adcommodari praestaret: vt eadem Societas hic et nunc Typographia Vniuersitatis Budae existente utatur, et Locum etiam physicum pro instructione Bibliothecae, et Ordinariorum Confessuum, ac Scriptorii, in iisdem ipsis Aedibus Typographiae obtineat.*

Singularis est haec Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Benignitas, prouumque adeo rem nostram promouendi studium: vt nos pro eo quam gratissimos esse oporteat, neque quidquam aduersum opponamus. Quia iubemur nihilominus opinionem nostram depromere: facimus id quam humillime possumus, oramusque impense idem Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium. vt pro sua hac prompta adeo de nobis, seu potius de Re Patria, bene merendi voluntate attentionem momentis nostris benigne exaudiendis praebere non dedignetur.

Primum quoad Typographiam vberiores deductae sunt rationes in Plano adnexo, §. IX. sub Numero 3. quare haec Societas priuatam et propriam desideret habere Typographiam.

Praecipua autem inter eas et maximi ponderis haec est: quod haec Societas in erigenda Typographia priuata et propria singularem inter cetera et certiore ponat Fundum: ex quo, cum res aliae Societatis praeclare olim augendae sint, tum vero ante omnia Membrorum Ordinariorum Remunerations annuae ex hoc veluti fonte vnico et potissimo deriuandae veniant, Societas itaque tanto diligentius et impensius conaretur hunc suorum Prouentuum vnum ex praecipuis, certum, vberemque quasi Ramum augere perpetuo, et quam adparatissimum, efficere: vt is in dies maiore semper cum foenore reddere posset factas sedulo impensas. Ad quem Fundi fontem aperiendum, ad Typographiam nempe

vtut paruis initiis inchoandam, eum praeclara et liberalis accedat nonnullorum insignium Patriae Ciuium promptitudo: supplicat erigenda haec Societas, vt eius ardenti hanc priuatam propriamque Typographiam iam in ipso exordio erigendi desiderio Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium benigne deferre velit.

Quod ad alterum adinet, ad Aedes nimirum Typographiae Vniuersitatis vltro oblatas; si nihil impedit duarum in iisdem Aedibus Typographiarum collocatio, deinde si omnino tam amplae sunt Aedes illae, vt locus in illis sit formando tali Societatis Collegio, quale in Plano, §. V. sub Numero 2. exponitur: tanto hoc beneficium acceptius est, quod Censu soluendi necessitas pro conducenda alia quapiam Domo hoc pacto sufferretur.

Ceterum si haec, quae dicta sunt, vel alia quaecunq; ratio obstaret, quominus his Aedibus frui liceret; supplicat erigenda haec Societas: vt (et ad parcendum quidem maioribus per Censum Sumtibus, et vero maxime etiam ad stabiliendum firmiter hoc Institutum) aliqua earum Aedium, quae vacuae stant vel Budae vel Pestini, sublatis nonnullis Religiosis Ordinibus, et si illi fortasse non essent restituendi, huic erigendae Eruditae Societati donata, explicatisque in Plano vsibus accommodata, Clementissima Consensione Regia per Excelsum hoc Consilium Locumtenentiale Regium in fauorem nostrum, et in Rem Patriae benigne procuranda, cedere et inseruire possit.

Quibus omnibus humillime expositis, dum iterum ac saepius rogare, et obsecrare non desistimus: ut omne hoc negotium, ad Publicam Felicitatem tendens, Excelsum hoc Consilium Locumtenentiale Regium benigne protegere, et modis quibus potest sane quam optimis et quam efficacissimis, porro etiam, ut gratiose coepit, prouehere dignetur: Excelsis Favouribus et Gratiis commendati perseveramus profundo cum cultu et iugi veneratione.

Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii

Iaurini Die 10. M. Novembris,

1790.

Serui humillimi et obsequentissimi  
Nicolaus Révay m.p. et Ceteri.

---

SUPPLICATIO ALTERA  
AD SERENISSIMUM PRINCIPEM REGIVM  
LEOPOLDVM ALEXANDRVM  
ARCHIDUCEM AVSTRIAE,  
PALATINVM REGNI HVNGARIAE  
PROTECTOREM CLEMENTISSIMVM.

Serenissime Archidux, Princeps Regie!  
Protector Clementissime!

Ad summam illam et iucundissimam totius Gen-  
gis nostrae Gratulationem, quae Serenitati Tuae, vt  
Hungariae Palatino, habetur, addimus humillime et  
nos piam nostram et ardentissimam Laetitiam, pleni  
certo et fausto Omine, hac Altissima Gubernatione  
Patriam nostram fore et beatiorem et florentiorem.

Neque sane quidquam potuit, hoc inprimis tem-  
pore, praesentius et salutarius nostrae obtingere  
Hungariae multo suo vulnere dolenti. Posteaquam  
enim Diuina Prouidentia is nobis datus est Rex mi-  
ti et clementi insignis animo, subiectorumque sibi  
populorum tranquillitati et plenae beatitati adeo in-  
tentus; vt molesta eorum grauamina benigne exau-

dire, iisque actutum opportunam et gratiosam adferre medelam ipse vltro cupiat ac velit: is nostrae praeterea Genti praefens etiam et accommodus obuenit Intercessor: qui, et sua singulari in nos propensione mire deuinctos tenet iam nostrorum Ciuum animos, adeoque obtenta certius eorum fiducia verius etiam omnes dolorum causas et origines indagare; et deinde, vt Pius in Patrem Filius, eas integre detectas ad ipsum Thronum Altissimum, vnicum salutis nostrae fontem, securius et confidentius deferre possit.

Patiatur Serenitas Tua et per nos aliquam isthic moeroris Hungarici veram et sinceram fieri explicationem in ipsa ea re, cui vt eadem Serenitas Tua Princeps Protector esse non dedignaretur, iam vtcunq̄e dudum successu profecto satis secundo humillime a nobis supplicatum est, prout hoc factae deinde Benignae aliquot Ordinationes Altissimaeclare monstrarunt.

Iam pridem est, quod Nominis et Dignitatis Hungaricae inensi quidam Hostes, vehementer et in Gentem nostram iniurii, et in ipsam etiam Maiestatem Regiam temerarii, hanc ingratham et suspiciosam concitauerint opinionem: quam deductam in Relatione quoque nostra Excelso Consilio Locumtenentiali Regio facta, iisdem fere verbis et Serenitati Tuae exhibemus: Aulam scilicet Augustam adeo ad-

uersam esse culturae Linguae Hungaricae, vt eam opprimere etam et extinguere contendat. Quia haec res, hac graui et maleuola mussitatione commota, et ad ipsam Gentem Hungaricam, Domui Austriacae multis argumentis fidelem, et virtute maxime bellica admodum vtilem, olim tamen etiam penitus delendam destinati et intenzi moliminis quandam non dubiam prae se ferre videbatur speciem: prouum omnino fuit, quandoquidem et Hungari viuidiore et tenero sunt sensu, et iis hoc praetensum consilium semper fuisse quam acerbissimum. Tanto autem ferocior hic erat dolor: quod iste rumor iniquus, et animos vel pacatissimos indigne exasperans, putabatur quodammodo confirmari etiam extorto illo et late vagante inprimis Magnatum nostrorum metu: vt illi plerique trepidauerint semper recusauerintque Linguae Patriae Cultoribus aperto auxilio adesse.

Dedit vero Maiestas Sacratissima, iam in ipso auspicato benigni sui Regiminis aditu, manifesta sane et admodum propitia sui ab hoc proposito prorsus alieni abhorrentisque animi indicia. Hacc nos, praecipue Scriptores Patriae, magnopere desiderauimus eo etiam esse efficaciora ad omnem illum nostrorum Ciuum scrupulum tandem ex animis penitus eximendum. Quare praesumimus hanc rationem nostra opinione ad hunc finem accommodatissimam

fufcipere: vt primum, Serenitate Tua in Principem Protectorem nostrum humillime exorata, potentique hac interpellatione obtenta, ipfi adeo Maieftati Sacratiffimae supplicaremus: vt eadem Maieftas Sacratiffima Societatem nostram Hungaricam, quam dudum fumus meditati, Clementiffimis Fauoribus ante omnia clare et indubie profequi et firmare dignaretur: quod videntes praecipue Magnates nostri, fuo iam metu foluti, adderent deinde liberius et fuum nostris conatibus ac studiis apertum Patrocinium; Gensque tota Hungara expreffo et perfpicuo hoc documento illam, ob quam acerbe diu ingemuit, fufpicionem feliciter tandem exuere et penitus delere poffet.

Et bene haec res ceffit initio, Primae enim benignae et plenae folatio Excelli Confilii Locumtenentialis Regii datae ad nos Clementi Iuffu Regio Praefidiales in hoc negotio Litterae excitarunt et prouocarunt mirifice hos nostros Patronos.

Nunc illi vero haefitant iterum, et ifto, de quo hic amare querimur, refuscitato anguntur pauore, maxime ob interiectam fecundis Excelli Confilii Locumtenentialis Regii Litteris hanc fufpiciofam quodammodo Quaestionem, *cuius nimirum praefcitu haec Societas coaluerit.*

Itaque nimum iterum contremuit Patria, audiunturque denuo priora renouati doloris fufpiria.

Haec nos perferimus supplices ad Tuam imprimis Serenitatem, obsecramusque impense: ut pro illa, qua dignatur eadem Serenitas Tua in Gentem nostram gratiosa esse propensione, velit inter cetera illa, quae ab Altissima hac intercessione sperat et confidit Patria nostra olim repetenda et deriuanda esse Augusta Beneficia, et hoc praecipuum et maxime perspicuum esse: sua nimirum ante omnia benigne interposita Voce et Auctoritate hanc malitiosorum hominum noxio adeo clamore concitatam trepidationem ex Ciuium nostrorum animis vere ac perpetuo esse depulsam; illaque Societate nostra certo constituta, quam Serenitas Tua propitia attentione iam semel dignata est, veluti vnico et praesentissimo sufferendi penitus huius scrupuli argumento, plenam hac etiam parte et perfectam Gentis nostrae procuratam esse fiduciam.

Palam omnino est, ut et ipse Plani totius Contextus, imprimis alter iste diligentius elaboratus, euidenter docet: omnem nostrum hunc conatum, prorsus innocentem, vnice promouendi et augendi boni communis vero ac nobili studio esse susceptum. Hunc nos, cum iis Responsis, quae iussimus facere, adiectisque praeterea aliis etiam annotationibus, quas ad plenam rei notitiam necessarias esse putauimus; Serenitati Tuae non solum ut Principi Protectori nostro, sed etiam ut Palatino Hungariae, et Praesidi eiusdem Excelsi Consilii Lo-

cumtenentialis Regii, a quo duplices iam Praefidiales accepimus in hoc negotio Litteras, et ad quas pro more ipsi etiam Praefidi responsa reddere debemus, dum hic humillime substernere non veremur: Altissimis Gratiis et Favouribus impense iterum ac demisse commendati perseveramus profundissimo enim cultu, et perenni deuotione

Serenitatis Tuae

Iaurini Die 18. Mensis Novembris

1790.

Humillimi et Obsequentissimi

Serui Fideles

Nicolaus Révay m.p.

Et ceteri Socii.

K. Inlibris 47/09

raefi-  
t ad  
ddere  
vere-  
erum  
ffimo

ÖNB



+Z69872000

**(Révay, Nikolaus [Miklós]).** Planum erigendae eruditae societatis hungaricae alterum elaboratus. Wien, Johann David Hummel, 1790. 116 SS. Interimsbroschur der Zeit. 8vo. Erste Druckschrift, die sich mit der Errichtung einer ungarischen Akademie der Wissenschaften auseinandersetzt, vorgelegt vom Dichter und Piaristen Nikolaus Révay (1749-1807). Erste diesbezügliche Pläne hatte Révay schon 1784 ausgearbeitet, welche er "nach Wien überbrachte und dort persönlich dem Kaiser Joseph II. überreichte, ohne jedoch einen Erfolg zu erzielen; im Gegentheile hatte er aus diesem Anlasse, da er die Angelegenheit zu hitzig betrieb, zu den Feinden, die er ohnehin schon besaß, noch neue gewonnen [...] Nach der Krönung Leopold's II. zum Könige von Ungarn erneuerte er seine Vorschläge [...], womit er wenigstens die Zuweisung seines Antrages an die Literardeputation des ungarischen Reichstages erzielte" (Wurzbach XXV, 375). Ein Jahr nach seinem Tod wurde in Antrag VIII/1808 erstmals das Projekt im Parlament diskutiert; erst 1825 sollte die Gründung der Ungarischen Akademie der Wissenschaften (Magyar Tudományos Akadémia; MTA) auf Betreiben des Grafen Széchenyi zustandekommen. - Etwas gebräunt; zu Beginn leicht wasserrandig und die Ecken etwas knittrig. Sehr selten; nur ein Exemplar über Bibliothekskataloge nachweisbar (Wienbibliothek im Rathaus). ¶ Wurzbach XXV, 378.



